J. Eschuid. Summa astrologiae

92/216 1489.

Del Conv.do de N.S. de los Remedios de Triana

AD LECTOREM

¶ Existimare necesse est ueluti deorum munere datum esse: ne cuncta penitus. Iohãnis Eschuid astrologi peritissimi exemplaria interirent. Nam cum cætera ferme omnia quorũdã hominũ inscitia: aut negligentia ad quos ea peruenere æuo absumpta sint: Vnum potuit & ab iniuria defendi & ad nostrã posteritatisq; utilitatem seruari: tot enim ex eo nunc factæ sunt (ut sic dicamus) propagines: ut nullam posthac temporis iniuriam metuamus: Est autor recentior sed qui inter recentiores astrologos obtineat principatum. Scribit enim eruditius & copiosius: q̃ quisq̃ alius faciat ut ex eius lectione cognosci licet: Opus ipsum Summam anglicanam uulgo appellant. Debemus igitur fato. Debem⁹ etiam qui fato paruere: Factũ est tum diligentia tum impensa Francisci Bolani Patritii Veneti: uiri certe bonaę artium studiosi Clarissimi quondam Oratoris Candiani. Nec defuit impressoris. Iohãnis Lucilii. Santritter Helbrónensis Germani: maxima lucubratio: maximus labor & diligentia: qui in tanta exemplarium penuria uehementer laborauit ut nobis absolutum perfectumq; ex omni parte opus æderet: Idq; fecit pro uirili parte: ut astrologiæ studiosis maxime prodesset. Quos oratos uelit: ut si quo i loco aberratum fuerit: nõ eius negligentiæ sed potius exemplarium inopiæ tribuatur.

¶ Summa astrologiæ iudicialis de accidentibus mundi quæ anglicana uulgo nuncupatur Ioannis eshcuidi uiri anglici peritissimi sciētiæ astrologiæ fœlici sidere inchoat.

I Ntentio mea ī hoc libro est compilare sententias astrologorum de accidētiū mūdi pnosticatiōe: qui accidunt in hoc mundo ex corporū superiorum uolubilitate secūm diuersaʒ aeris dispositionem in calore frigore humiditate & siccitate Sed in hoc opere tam grandi q̄j arduo tria sunt q̄ multipliciter me perterrent & animū meum perturbant. s. inuidia ac detestanda imperitorū in accidentibus mundi secūm astrologie scientiam pronosticatio. Atq3 librorum astrologiæ & cōtrariorum opinionū astrologorū honerosa multitudo Primū itaq3 istorum qui me in hoc opere infestāt & impediunt ē inuidia et tā detestanda imperitorum in astrologia detractio. Ista enī sciētia astrologiæ tam nobilis est & tam alta & quicquid sibi inheret & eius fructus uberrimos acquirunt tot habet despicientes quæ ipsam scientiam sūt ignorantes: uideant tamē omnes tres priusq̄ ipsam cōtennant si aliqualem scintillam de ipsa possint cōprehendere: quā si apprehēdere possint si exinde emolumentum inueniant non eam contēnunt: si autē nullum emolumentum uel fructū reportant hoc eorū ignorantiæ & magis eorū obtusitati imputandum est & non scientiæ: cū multa miranda & pene incredibilia per ipsam scientiam prescuntur. Narrat eni magister exodi .ca de uxore moysi æthyopissa q̄ moyses qui sequebat ethyopes et fugiebant in ciuitatem regiam sabba cūq3 carib filia regis ethyopum iniecisset oculos i eū ex cōducto tradidit ei ciuitatem si duceret eam in uxoreʒ & ita factum ē. Cū autem rediret in ægyptum nō acquieuit uxor inde moyses tanq̄ uir perit⁹ astrorū duas imagines sculpsit i gēmis hui⁹mōi efficaciæ ut altera memoriam altera obliuionem cōferret. Cūq3 pluribus annis conseruasset eas ānulum obliuionis tradidit uxori: alium anulum secū tulit. Cepit igitur mulier amorem uiri obliuisci & ipse moyses libere in ægyptum regressus est. Narrat autem hali super propositionē .9. centiloquii ptolemei de quodā satellite sarraceno in astrologia & geometria perito q̄ cum ipsius armigerum quidam scorpi⁹ pupugerat statim ex marsupio sigilla odorem incensi habentia extraxit & armigero unum eorum porrexit & tritum potare iussit statimq3 ut bibit armiger requieuit. tunc hali aspexit sigilla & in quolibet illorū uidit imaginē scorpionis impressum interrogauitq3 satellitē qua hora lapidem istum sculpserat. Respōdit q̄ luna existente in scorpione & q̄ scorpio erat tunc un⁹ ex quattuor angulis & sigillaui cū eo incensum masticatū eadem hora. Aliud exemplum quidā uir fide dignus sacre theologiæ professor mihi retulit q̄ cum esset parisius habuit quendam socium qui fuit peritus ualde in astrologia & in arte imaginū contigit quoq3 ut quidam burgensis ciuitatis illius ex gutta grauissime infirmabatur: & statim ille burgensis misit pro illo medico & conuenit cum eo pro solutione competenti ut ipsum de infirmitate sua curaret: & medicus tradidit sibi unā imaginem in panno inuolutam & dixit ei ut eam secum portaret & ita fecit & statim conualuit: uenit igitur medicus postq̄ burgensis fuerat curatus & petiit salarium suum: ac ille burgensis denegauit quo facto medicus petiit imaginem quem sibi dederat & burgensis eaʒ sibi obtulit & statim postea de illa infirmitate languebat nec curari poterat priusq̄ ab illo medico illam imaginem emeret Et Ar. primo politicorum. ca. 10. refert de quodam astrologo qui amore philosophiæ & astrologiæ omnes diuitias mundi contempsit q̄ nihil habebat quem cum amatores diuitiarum exprobrassent euʒ quodam tempore pronosticauit per astrologiam ubertatem oliuarum futurā & conduxit omnes oliuas illius prouintiæ pro illo āno: in tempore uindemiæ totus populus confluebat ad eum pro oleo redimendo ex quo ditissimus factus est ostendens q̄ philosophus potest ditari si uelit sed non est hoc circa q̄ student. Et eodē modo refert Ar. de quodam alio astrologo in sicilia qui reposito numismate ademit omne ferrum i illa prouintia: post hoc autem aduenerunt de nundinis mercatores & ipse solus uendebat eis ferrū non malum faciens excessum precii sed tantū. quinquaginta talenta semper assumpsit. 100. Itē Iosephus antiqtatis ca. 7. dicit q̄ abraham uirtute supercælestium & prouidentia uirtutis eorum tunc certa dispositione docebat. Ex his omnibus potest liquere q̄ scientia astrologiæ ardua est & nobilis & sūmæ utilis & necessaria. Et quia constat difficilius fuisse primo inuenire stellarum cursus q̄j diffamare q̄ faciūt multi rudes & agrestes hui⁹ experiuntur sed de inuento eorum cursu nulla accidit dubitatio. Cur igitur pessimi detractores hanc scientiam tam uenerandā & quā animo proditores & perfidi accusatores maliciose accusant ut eam maliuolo mentis instinctu & pugna scuto impugnāt dicentes ipsam fore inutilem & ipsius pronosticationes omnino fore impossibiles certe quia de eius fonte modicū uel nihil gustare possunt. Iniusti autem sicut nouimus sunt iudices qui de incognitis sermonibus pronunciant & rebus. nec ad iudicandū sunt idonei qui fauore uel odio

Aristoteles

Iosephus

rnori examinatis partibus ad sententiã temere prorumpunt: igitur qui astrologiæ subtiles inuestigationes ignorant & ipsam inuidiæ dentibus dilacerant & contemnunt omni pena imaginabili rationabiliter sunt puniendi: omni enim malo dignus est per quẽ fit ut præclare scientiæ studiũ falsis persuasionibus obumbretur. Sunt quidam igitur tales inuidi detractores qui hoc opusculũ meum uoluerunt impugnare. Impugnẽt primo ptole. & dorotheũ messahalã & alchindũ. aomar & albumazar. & iafar. & iergen. hermeten alodemon. & hermetẽ trimegest. hali. habẽragel. & hali medicum. zael & iulium. firmicum. linconiensẽ. & hermãnũ. ac etiam alios astrologos quam plures: quorum sententias in hoc libro meo intendo cõpilare nihil de capite proprio pro posse meo addendo nisi ea quæ ex eorum dictis uidentur sequi nolens in hoc opere omnino auctor sed compilator reputari. Secundũ uero q ab istius operis studio nimia timiditate me perturbat est difficilis ac miranda de accidentibus in mundo secũdm astrologiam: pronosticatio: Ea itaque sunt res arduæ difficiles & mirandæ que p astrologiã prescuntur quas non poterit prescire anima terrenis laqueis impedita licet sit imortalis. facili inquisitione particulari. Anima enim humana si sempiterna agitatione substentatur dũ ipsa in isto corpore fuerit inclusa diminutionem quandam sitæ perfectionis patitur temporalem dum uis eius atque substantia comunctione & societate terreni corporis & assidua dissolutione moram habet: Vnde accidit q omnia quæ ad inuestigationem scientiarum sub lunæ globo pertinent & precipue preclarissimæ scientiæ astrologiæ difficilis semper nobis cognitione tradantur. igitur si ipsa anima quæ imortalis a uitiis & corruptionibus terreni corporis fuerit separata ac suæ originis constantiam retinens uim atque uirtutem suæ essentiæ agnouerit omnia quæ difficilia sunt & miranda in astrologia & in quacunque alia scientia mirabilia apprehendit & quæ ardua facili mentis inuestigatione cõsequit: Sed in pronosticatione temporis circa quã in hoc libro uersat intẽtio magna consistit difficultas ut mihi uisum est incertitudo pronosticandi siue potius impossibilitas cũ propter pronosticationis uarios & frequentissimos errores tum propter stellarum cæli & partium cæli seu zodiaci diuersas qualitates & uirtutes quia earũdem uirtutũ inumerabiles cõmixtiones: tum etiã propter terrarum & mariũ & fluuiorũ uarias & inordinatas situationes. Dixit enĩ ptolemeus in libro de dispositione orbis & temporis. capitulo primo q sic incipit. Sermo de nubilis apud homines uulgares q iudicia de duabus nubilis non inueniuntur ex scientia artificiali: nec certificantur eo q diuersificantur dispositiones aeris per diuersitatem locorũ: unde dicit q fortasse tardabitur accidens nubili in diebus a quibus ab eo die pro quo iudicatũ est & forte ĩ ciuitate erit claritas in diocesi pluuiæ multæ sunt: & ideo nõ certificantur iudicia de nubibus propter hæc similia & maxime propter dictas rationes ptolemei multi probabiliter edocti in astrologia quasi totaliter desperantes recedunt a pronosticatione temporis credentes eã nullam certitudinem habere. Sed si bene aduerterẽt ad intentionem ptolemei in illo libro primo prædicto & ad ea quæ dicit ptolemeus. 2. quadriparciti. cap. ulti. & penultimo. faciliter uideretur q omnes rationes ĩ illo libro primo de orbe & tempore non mouebit eos recedere a temporis pronosticatione. neque per totũ processũ illius libri inter illũ capit. preallegatũ de dispositiõe orbis procedit ptol. per rationes geometricas & demõstratiões. determinat enĩ in illo libro de natura sphæræ cælestis: ac eius circulis ac ẽt de eiusdem spheræ & stellarum motibus quæ oẽs super certas demõstrationes fundant de iudiciis nubilis. unde cum dicit ptolemeus q illa iudicia de nebulis non inueniuntur ex scientia artificiali nec certificantur: uult intelligere per scientiam artificialẽ scientiam declaratiuam uel geometricam ut ipsemet exponit seipsum in eodẽ cap. circa medium. unde iudicia nubilis non certificantur huiusmodi certificatione demõstratiua sicut alia de quibus idem determinat: & ideo excusat ptolemeus iudicantes nubiles eo q non sequitur eos uituperatio apud errorem. In hoc autem q dicit nubilũ recordatur ac si quandoque contingit eos errare. Iudicia enim nubilis: ut ait ptolemeus nõ sunt necessaria sed sunt ex eis quæ sunt secũdm plurimũ. Preterea cum dicit ptolemeus q forte in ciuitate est claritas & in diocesi sunt pluuiæ multæ: & iõ non certificantur iudicia de nubilis rationabiliter potest sciri q ptolemeus de partibus iudicii nubilis ut si quis uoluerit iudicare de pluuiis seu nubilis crastine diei seu duorũ dierum uel triũ sequẽtium cuiusmodi iudicia ex nubibus circa solem & lunam cum eorum ortu & occasu sumuntur: etiã ex animalibus irrationalibus & ex multis aliis signis quæ ponuntur in tractatu secundo istius libri: sicut expresse patet eodem capi. prius allegato libri ptolemei de dispositione orbis & temporis ut dicit ptolemeus in libro quadripartiti. cap. ultimo. ubi expresse ponit modum iudicãdi p huiusmodi signum de pluuia uel serenitate particulari. Sed capitulo precedẽti uidelicet penultimo secundi quadripartiti. ponit iudicia uniuersalia quæ sumuntur per introitus quartarum anni. & per coniunctiones & oppositiones luminarium & eorũ quadraturas: nequaquam ulterius ad minus tempus descendendo: quæ quidem iudicia certificari possũt quandoque ex stellis quẽadmodum nõ possunt iudicia particularia nisi in talibus casibus duntaxat exceptis si contingat crastina die q luna coniun-

1 ptolemeũ
2 dorotheũ
3 messahalam
4 alkindum
5 aomar
6 albumazar
7 iafar
8 iergen
9 hermetẽ alodemon
10 hermetẽ trimegistum
11 hali
12 habenragel
13 hali medicum
14 zael
15 iuliũ firmicum
16 linconiensem
17 hermanum
Astrologos

gatur aliquibus stellis uel planetis humidis in loco humido cum aspectibus aliarum planetarum promouentium ad humorem iudicamus tunc ex stellis humorem futurum eras sed nō ita certe hoc eueniet sicut in iudiciis uniuersalibus contingat. nam forte tardabit per aliquos dies post cras: & forte ille humor uel pluuia descendit in uno loco & non in alio propter uariationem loci ut dictū est: sed iudicia uniuersalia aut humores uel pluuiæ annuales uel quartæ anni certificant magis ex stellis: & accidunt illæ pluuiæ per totam unam regionem uel per totum unum clima ꝙ non est uerum de partibus pluuiis. Ex his igitur satis liquet ꝙ pronosticationes temperiei non sunt paruipendendæ: sed propter maximam earum utilitatē diligenti studio & experientia diuturna a nobis sūt perquirendæ. Tertiū uero ꝙ me ab isto scribendi studio dubia trepidatione reuocat & retardat est librorum astrologiæ & contrariarum opinionum astrologorū honerosa multitudo. tot enim sunt libri inutiles & tot auctores imperiti quæ regulas superstitiosas & uarias inconsultis antiquis astrologis prenominatis continue multiplicāt in experti ad iudicia tam temere procedunt ꝙ ipsaꝫ scientiam preclarissimā turpiter dehonestāt & suis monstruosis iudiciis miserabiliter diffamāt: utinam igitur omnes tales auctores ab actu scribendi i ista facultate forent furca suspensi: ꝙ oēs eorū libri eēnt cōbusti: tunc enī scientia astrologiæ quæ nūc suspenditur & cōtēnitur redderet magis preciosa & facilius cum minori tedio ac profundius foret inuestigata: & scripta profectuosa antiquorū astrologorum diligenti studio forent inspecta & a ꝗ̄plurimis intellecta: sed in antiquorū libris tot ambiguitates & tot contrarias opiniones reperio: tot etiam materias difficiles de aeris mutatione perpendo ꝙ dū intimo mentis stupeo ingenium mei tenuitatem ac fragilitatem meam quia omniū insufficientiam reminiscens contremisco & contremescens palesco in hoc tantum ꝙ i hoc libro dubitationis desperatiōe conturbatus ꝙ nō audeo de tempore aliquam regulam de nouo condere nec aliquam sententiam de capite meo promulgare: & si auderē non sufficio. sed antiquoruꝫ astrologorū opiniones & sententias ac regulas tā uniuersales ꝗ̄ particulares intendo meliori ordine quo potero ad cōmunē utilitatē in hac scientia studientium in quandā sūmā redigere. Et uocabitur ille liber sūma iudicialis de accidentibus mundi. Maxima uero causa quare hoc opus agressus sum est ista ꝙ modo sunt multi astrologi antiqui & moderni multa & bona de tempestate aeris: & de his quæ contingunt in mundo documenta scribunt & modū pronosticandi docēt: sed inter omnes nullum inuenio quin in suis libris omittant aliqua quæ in huiusmodi iudiciis forent necessaria: & iudicantibus multipliciter possent ualere. Ptolemeus quē inter omnes reputamus ualentiorem in libro quadripartiti ualde rationabilis procedit: in hac enim materia docet regulas generales pronosticandi per eclipsiꝫ: deinde ꝑ quartas anni: & postmodum per coniunctiōes & oppositiones luminarium: deinde per eorū quadraturas: sed de coniunctionibus magnis uidelicet sextū sententiarū planetarum: & de reuolutiōibus annorū mundi nihil penitus determinat. Albumazar tamen in maiori introductorio multas de tēperie dat regulas notabiles: eas nō tamē ponit ī aliquo ordine: & licet de coniunctiōibus magnis pertractet de eclipsi luminariū parū loquitur nec earū iudicia manifestat. Alebindus uero ꝗ̄uis notabiliter procedat nihil tamen loquitur de coniunctionibus magnis nec de eclipsibus. Messahalla etiam quasi totaliter de magnis effectibus pertractat. Sed dorothius & aomar & gerdis paucas regulas sed notabiles: de eclipsib⁹ uero & magnis coniunctionibus nihil loquūtur. Lincoñ. autēꝫ & moderni secūdm dignitates planetarum & essentiales & accidentales tantūmodo de aeris mutatione iudicant: & sic discurrēdo per singulos nullus eorum de temperie sufficienter loquitur. Et qa de eorum libris uia naturalis & recta pro temperie ut mihi uidere posset elici: eorū omniū sententias ac regulas secūdm naturalē ordinem in hoc libro meo pro operis facilitate iudicādi pro posse meo iudicabo. Primo enim determinabo de principio mundi: deinde ponam ætatem mundi iuxta opinionem theologorū & astrologorū & secūdm diuersas cronicas. Et ex annis mundi ostendā qualiter sciemus in quo orbe magno sumus & i quo to anno illius orbis mundi constituamur: & qualiter deueniemus ad planetā & signum in illo orbe determinantem: ac etiā diuisorē & signū profectionis illius anni in quo sumus consequenter inuestigabo. deinde ponam qualiter sit pronosticādum per introitus annorū & quartarum anni: & per omnes coniunctiones & oppositiōes & quadraturas luminarium secūdm uiā ptolemei: & postmodū ponam uiam pronosticandi secūdm uiam albuma. alchindi. linconien. & aliorum. & ponam unā cum his dignitates planetarum essentiales & accidentales: & qualitates planetarū & signoruꝫ & eorum complexiones & naturas: & etiam naturas partium circuli & planetarū habitationes. Et sic plures regulas uniuersales de accidētib⁹ mūdi in illo primo tractatu libri mei compilabo. Deinde in secundo tractatu huius libri particulares regulas de unoquoqꝫ accidēte mundi: siue de unaquaqꝫ parte temperiei aeris per se: de qualibet in illo libro meo uoluero pertractare intēdo pro posse meo ex diuersis libris predictorum astrologorum sūmarie recolligere: & sic ab uniuersalib⁹ ad particularia recto tramite & ordine naturali iuxta ap. & aliorum omnium philosophorum do

ctrinam in hoc libro procedam deo adiuuante.

¶ Tractat⁹ primus summæ iudicialis astrologie de accidentibus mundi per regulas uniuersales.i.de accidentibus in generali Iohannis eschuidi in ea arte iuditiali uiri peritissimi anglici incipit.

T

Ractatus primus qualiter sit pronosticandum de accidentibus mundi secūdū regulas astrologiæ. Et diuidit᷑ iste tractatus ī duodecim distinctiōes ¶ Prima distinctio est de principio mundi & ætate mundi: & qualiter sciemus in quo orbe magno simus a principio mundi & quis planeta & quod signum dominetur in uno quoq; orbe:& quis sit diuisor & quis gradus profectionis cuiuslibet orbis.

¶ Secunda distinctio qualiter sit iudicandu3 de accidentibus mundi per magnas coniunctiones triū planetarum superiorum.

¶ Tertia distinctio qualiter sit iudicandū de accidentibus mundi per eclipses luminarium.

¶ Quarta distinctio de significationibus planetarum dum fuerint domini orbium magnarū:uel cum fuerint diuisores annorum orbis magni: uel cum dominantur super coniunctiones magnas & super eclipses:uel cum dominantur super ascēdentia inceptionum quorūcumq; temporum reuolubilium.

¶ Quinta distinctio de significationibus omnium planetarum cum aliquis eleuatur super alium & quid significet planeta cum super alias planetas eleuatur.

¶ Sexta distinctio de significationibus stellaru3 quæ sunt in diuersis imaginibus cæli.

¶ Septima distinctio de naturis signorū & duodecim domorum cæli cum loca coniunctionum magnarū uel eclipsiū fuerint in eis: aut cum anni peruenerint ad ipsa a locis ascendeñ.inceptionu3 precedentium a locis coniunctionum uel eclipsiū & de naturis signorum cum fuerint ascendentia aliquorum temporum reuolubiliū.

¶ Octaua distinctio de dominiis planetarū & signorum circuli super climata & prouincias & regiones & ciuitates terræ.

¶ Nona distinctio qualiter sit pronosticandum de accidentibus mundi per reuolutiones annorū mundi & per introitus quartarum anni & p coniunctiones & oppositiones & quadraturas luminarium

¶ Decima distinctio qualiter sit pronosticandū de accidentibus mundi: & precipue de temperie aeris secūdm opinionem diuersorū astrologorū.

¶ Vndecima distinctio qualiter sit pronosticandum de accidentibus mūdi per sectas stellas.s.per cursus siderū & per stellas comatas & huiusmodi

¶ Duodecima distinctio de qualitatibus & naturis planetarum & signorum partium circuli:& de dignitatibus planetarum essentialibus & accidentalibus & eorum habitudinibus ad inuicem breuiter & compendiose secūdm modum introductorii. Sequitur igitur prima distinctio.

¶ Distinctio prima de principio mundi & eius ætate: & qualiter sciemus in quo orbe sumus: & quis planetarum & quod signum dominetur in orbe in quo sumus & quis sit diuisor & gradus profectionis orbis incipit. Et continet quattuor capitula.

¶ Capitulum primū est de mundi principio.

Icut dicit Iulius firmicus in libro tertio in principio. Et hermes trimegistus libro suo.cap.i. nō sumunt ista genitura mundi nec mundus certum diē habuit ortus sui nec aliquis iterfuit eo tēpore quo mundus diuinæ mentis ac puidi numinis ratione fuit formatus: nec illuc usq; potest se intentio fragilitatis humanæ extendere ut originem mundi faciliter possit ratione aut cōcipere aut explicare:hæc Iulius. Difficile est igitur principium mundi intendere aut in quo tempore anni mundus incepit originem:uel in quo tempore ipsius anni principium mundi sit ponendū Vnde ex hoc magna dubietas emergit & icertitudo operis seu iudiciorū in reuolutionibus annorum mundi. Omnes autem astrologi docent reuoluere annos ab origine mundi ab introitu solis in arietē. & cum eis concordat maxima pars theologorum loquentium de principio mundi & maxima pars computistarum quæ dicunt mūdum fuisse creatum in æquinoctio uernali. Quorum sententias in hoc capitulo primo intendo cōpilare:& postmodum omnes positiones recitare huic positioni contrarias. Dicit enim linconiē. in sua exasenon de opere primæ diei q mundus fuit factus in mense nisan.i.aprilis in uernali æquinoctio de quo mense scriptū est in exameron mē

lincomensis

sis ille uocabitur principium mensium. Et insinuauit itaq; moyses ꝙ mundi moles facta est i primo in instanti temporũ ꝙ in eo fuit principium mensis nisan. Et decuit mundum tẽpore uernali æquinoctio incipere ut dicit linconiensis quia est tẽperatissimũ temporum & tempus generationis & perfectionis: & dies æquinoctialis habet priuilegium speciale inter cæteros dies ꝙ sol in puncto æquinoctiali circuitu diurno totã terram illuminat & nullam partem terræ. relinquit quin eam illuminet in aliqua parte diei naturalis æquinoctialis. In alia uero die naturali relinquit sol aliquam partem terræ per totam etiã diem non illuminatã. Plenior igitur est dies æquinoctialis quo ad actũ illuminandi terrã diebus cæteris. Dies autẽ æquinoctialis autũnalis est in tempore elõgationis solis & corruptionis: & ideo ab illo æquinoctio nõ fuit mundi perfectio inchoanda: hæc linco. Item (Raban9) rabanus super illud exodi.12. mensis ille scz martius principium nobis mensium &c. dicit ꝙ hunc mensem martium hebrei primũ mensem habent: quia.15. kl. eius prima dies seculi fuit: decimaquarta uero dies scd'a. decimatertia dies tertia. & duodecima dies seculi fuit quarta &c. qua sol & luna condita sunt & circa principium æquinoctiĩ fuit Sol enim in oriente & luna in occidente spheraz mundi ex æquo diuidebant: hæc ille. Et huic dicto concordat magister historiarum super exodi: de agno paschali diceñs. mensis ille erit primus in mensibus anni: hoc est marti9.i. lunatio aprilis ꝙ nobis in martio sæpe incipit: & dicitur ab hebreis nisan. Et post in eodem capitulo dicit magister ꝙ romani populi primũ mensem ponunt ianuarium: quia tunc incipit sol ascendere post solstitium hiemale. cõgruẽtius tamen uidetur fieri ab hebreis a martio in quo & mundus esse conditus legitur: hæc magister. Item uincentius ĩ speculo historiali. parte prima in principio. s. de opere quartæ diei dicit ꝙ iudei a martio annũ incipiũt quia sol in eo factus est. Et isidorus libro quinto. ca. de temporibus dicit sic. Constat autem post factum mundũ ex qualitate cursus solis inter nos p menses fuisse diuisa quorum temporum distinctionez talem ueteres faciunt ut primo mense uer nouum dicatur. Et huic concordat super georgica uirgilii seruius libro primo sic dicens. Initium mensis est martius: & paulo post dicit ꝙ uer nouum & anni initium & primam partem mensis est martius: hæc ille. Item Iohannes de sacro busto, capitulo de regulari solari: dicit ꝙ mundus factus fuit.15°. kl'. martii, unde & ibi solet uocari primus dies mũdi: & sol in ariete. & .g. dominicalis littera. Item frater gualterus de educoñ. monachus de eueschã in quodam tractatu quem scripsit de ætate mundi dicit sic. Constat autem inuestigatione catholicorum doctorum caput mundi fuisse caput aries in presagio anni qui tollet peccata mundi in eius exordio uice solis lucida nubes mundum triduo illustrauit: & tunc quarto die & mane ascendit sol super hemispериum a sectione circulari deferrentis constituta faciens æquinoctium uernale iuxta illud germinauit terra &c. & uespere luna plena & preesset nocti institutã scd'm theologos: hæc ille.

(Elpaeus) Item elpacus in quodaz libro quem scripsit de astrologia dicit ꝙ hismaelite & chaldei dicunt solem in prima parte arietis esse creatum. saturnus ĩ prima parte capricorni remotus a sole.90. gradibus. iouem in prima parte sagictarii remotus a sole.120. partibus: martem in prima parte scorpiõis remotus a sole.150. gra. mercurius in prima geminorum remotus a sole.60. partibus luna in prima parte cancri remotus a sole.90. partibus. Et leistetensis in computo suo parte quarta. cap. primo dicit sic. Quo autem die mundus creatus est nihil nobis certum ex sacra scriptura relinquitur igitur ꝙ cum dies septima sabbatum fuit prima dies erit dominica qua deus lucem condidit & tenebras diuisit: licet autem hebrei & greci qui ab.8. kl'. septẽbris annũ inchoant uideantur supponere ꝙ mundum deus fecerit in autũno. Hieronymus tamẽ & beda ambrosius quoq; in sua prima exameron & consimiliter basilius & damascenus capit. duodecimo. magis arbitrantur mundum incepisse in uere. Item dicunt mundum incepisse i martio die.18. super litteraz.g.15. kl'. aprilis ubi in klis scribitur primus dies seculi. Dicit etiam damascenus. capitulo.12. ꝙ mundus factus est in uernali æquinoctio & luna creata est.15.i. plena quarta die: hæc idem. Tot igitur doctores & sancti uiri hanc opinionem de p.incipio mundi affirmant & multo plures his & una cum his & uidetur ipsam appropriare. ¶ Aliquæ tamen rationes contra eam possent adduci. Dicit eniz leitestensis ubi supra ꝙ si hæc fuerint uera quæ iam dicta sunt .g. fuerit littera dominicalis primi anni mundi & .15 kl'. aprilis uernale æquinoctium: & etiam plenilunium primi mensis: & per consequens in nonis illius mensis martii in prima mane apparuisse fuisse luminarium coniunctionem: quæ omnia simul stare non possunt: tamen satis constare possit uernale æquinoctium non fuisse in martio in anno creationis mundi sed in aprili tamẽ sancti doctores posuerunt ratum & firmum esse usũ in computo quo ad anni quantitatem æquinoctiorum & solstitiorum fere in chalendis mutabitur. Itez sequitur ꝙ aureus numerus chalendario inscript9 unicus mundi principium locum suum obtinnerit & locum suum unicus in perpetuum obseruauit qd' est improbatum. Sciendum igitur ꝙ.g. littera non est nec potest esse littera dominicalis nec in sexto anno uel duodecimo undecimo decimo septimo uel uigesimotertio cycli solaris. Item tẽpus quo iudei ponunt principium mundi qui minus cæteris ponunt nec æquinoctium potuit es-

se in martio nec etiam plenilunium primi mensis nisi forte fuisset annus decimusſextus cycli lunaris ut patet: nec etiam primus mensis potuit incipere dicto die uel anno nisi decimosexto anno lunaris cycli. Si ergo dicto die incepit mundus nullo modo incepit in æquinoctio nec in plenilunio primi mensis. imo si incepit in primo mense aliquo modo oportet ꝙ homo fuisset prio die mensis. Item tantūmodo in decimosexto cycli lunaris dies æquinoctii uernalis potest esse in plenilunio primi mensis adhuc igitur ꝙ cum sidera facta fuissent in æquinoctio & plenilunio primi mensis oportet mundum incepisse decimosexto numero cycli lunaris: & per consequens esse i anno decimi cycli decēnoualis. Itē sequitur ꝙ si in plenilunio creata fuissent sidera necesse est mensem illum p imaginationē incepisse quarta feria: hæc omnia falsa sunt. igitur &c. omnes istas rationes ponit leitestensis in compoto suo ubi supra.

Quidam nituntur mundum probare creatum fuisse in autūnali æquinoctio & assignant tunc lunam fuisse coniunctā soli: Quorū sententias intēdo compilare: sed primo de ipsius lunæ ætate in prima sui creatione aliqua ex doctorum sententiis intendo perscrutari. Rabanus uero super id exodi duodecimo sicut prius allegatum est asserit lunam in sui creatione factam fuisse plenam. Et linconiensis in suo exasenon in opere quartæ diei dicit sic: translatio. 70. secūdm quosdam qui ex græco in latinum transtulerunt sic habet luiare maius inchoationem diei & luminare minus inchoationem noctis: secūdm quā litteram uidetur ꝙ luna in principio creationis suæ non facta sit plena lumine: aliis tamen omni uicibus nisi in plenilunio non inchoat luna oriens noctis spacium sed in plenilunio ipsa peragit noctis spacium oriens cum noctis initio & occidens cū noctis fine quēadmodum sol peragit spacium diurnū: luna igitur cū plena est tempore illo ex equo diuidit cum sole spheram: & propter hanc litteram quidam affirmant lunā factam plenā lumine. assumunt quidam rationem ꝙ luna sit facta plena lumine: quia non decebat ut deus illo die aliquid imperfectum faceret. Alii econtra arguunt dicit linconiensis ꝙ luna. s. in sui creatione non decebat fuisse quartam sed primā: uterq; autem dicit ipse he rationes infirmæ sunt ualde. plenitudo enim lunæ & eius defectus quo ad menses nostros solūmodo sequitur ipsa cum semper habet medietatem qua respicit solem plenam illuminatam nisi cū patitur eclipsim: nūerus quoq; quē eius ætati tribuimus nō computatur a sui creatione sed a prima mansione luminis ad nos cum exit de sub radiis: propter hoc augustinus inter utranq; partem melius est neutram positionē probans nec reprobans: hæc linconiensis. Dicit itaq; augustinus super genesi ad litteram libro. 3. capitulo quinto. Qualis autē luna facta sit multi locuti me inquirunt dicunt iō factam plenam quia non decebat ut deus imperfectū aliquid illo die faceret in sideribus quo scriptum sed ꝙ facta sunt sidera. Qui autem resistūt hoc dicunt ipsa igitur debuit prima luna dici & non quarta quis sic incipit numerare. Ego autem medius inter illos sum ut neutrū asserā; sed plane dicam siue plenam siue ipsam lunam deus fecerit perfectam: ipsarum enim naturarum est deus auctor & conditor. Postmodū in eodem ca. beatus augustinus dicit sic. Si lumen in luna crescit uel minuitur non luminare ipsū: sed illud qđ actiue est uariatur. Si autem ex una suæ sphærulæ parte semper lucet sed dum eam conuertit ad terram donec tota materia conuerterit ꝙ a prima usq; ad quartam facit crescere uidetur ꝙ semper est plena. sed certe habitantibus non semper appare: huius ratio est quia a solis radiis illustratur: hæc augustinus. Preterea dicit linconiensis ubi supra ꝙ superior littera translationis. 70. interpretū non multum cogit ut luna facta sit plena ut cū plena esset ꝙ in principio facta sit ut cum esset inchoatio noctis ꝙ plena esset. cum uero quia uerbū græcum quod est arche sonat tam inchoationem q̄ principium: significat enī suum prouerbium ꝙ potest referri tam ad principium rei q̄ ad principiatum: hæc linconiensis. Huic sententiæ concordat Augustinus loco preallegato sic dicens. non deficit tamen qui ex eo se arbitrari dicunt lunam primitus decimāquartā factam a deo quia facta plena credenda est sed quia in scripturis dei uerba sunt hunc lunam factam in inchoatione noctis tunc aut in noctis exordio uidetur: cum plena est alias non: & per diem incipit uideri ante plenitudinem & in progressu noctis tanto ampliori quanto minuitur: sed qui per inchoationē noctis non incipit principiū, nam & græcum uerbum hoc magis inducit ꝙ cum dictū est archi uel archem: hæc augustinus. Itē in quodā computo qui sic incipit omnis computiste uidentur innui ꝙ luna facta sit soli coniuncta. dicit enī in eodē capitu. de numero aureo: sicut sol & luna creati sunt die tertia ante plasmationē adæ ut patet in genesi & adā primo lunā uidit & eā appropinquauit: hæc ibi. Et monachus de euescham in suo libro de ætate mundi dicit sic: omnes philosophi & præcipue indi omnes planetas in capite arietis & in principio creationis eorum esse constitutos: & sic luna fuit in cōiunctione solis: & sic plena potest dici quia semper eius medietas a sole est respecta: et sic luna tertia conditus est homo & hoc habetur ex auctoritate iudeorū & christianorum: quia iudei dicunt lunam primā a prima eius uisiōe de sub radiis solis: christiani uero a prima eius uisione sicut adā quando primo uidit eā ipsam primā uocauit: hæc iste. Iste horestes computo suo preallegato parte quarta ca. primo in fi

ne dicit sic. Cũ nihil certum habere possum⁹ quis fuerit primus dies seculi & dictis sanctorũ & patrum presentibus rationem indorum super hoc uideamus. Notandũ q̃ hebrei ponunt iam anno illo incarnatiõis scd'; dionysiũ. 1294. secũda septẽbris feria quarta futurũ diem super ultima die. 266 reuolutionibus a principio mũdi: ita q̃ prima reuolutio ĩ septima die octobris & q̃ ipso die fuerit coniunctio ad. 5. horas: & istũ annũ primũ reuolutionis illius primo ponunt tantũ fuisse in imaginatiõe. 6. diebus ultimis. Vnde annũ illum uocant annũ natiuitatis domini imaginatũ & ultimã diem dicunt fuisse diem sextæ feriæ: & in illo fuisse creatus adam: & in eodem fuisse primã coniunctionẽ mundi talẽ post horas. 14. ita q̃ primus homo in ipso die creatõis suæ in uespere uidit primã nouã lunã: & in sequẽti sabbato. i. in crastino incepit secundus ãnus primæ reuolutionis siue circuli lunaris. Quod aũt pro. 6. diebus ultimis totũ annum imaginatũ est quoniam regula habetur q̃ in computando ãnos quos sphera & certo incipiunt mense pro uno tantum die anni. Vlterius annũ totum ponunt in numero ut si quis regnauerit die alicuius ex anno sequenti dicatur duobus annis regnasse. Cum igitur dicta coniunctio primi anni. secũdo anno primæ reuolutionis fuit. 16. septembris ad. 14. horas. ut patet in premissa annorum serie apparet euidenter primũ diẽ annorum mundi fuisse. 22. die septembris. ut super. e. litteram ubi inscribitur festum sancti mathei apl'i: hæc leitest. ibidẽ. Ex his igitur dictis apparet q̃ luna fuit creata soli cõiuncta & cũ hoc q̃ mũdi creatio fuerit ĩ septembri. Et uincẽtius ĩ speculo historiali parte prima. ca. 3. in principio. s. de opere quartæ diei dicit q̃ arabes & egiptii incipiunt ãnũ a septembri quia ĩ creatiõe mundi legitur arbores fructus habuisse. Romani uero ut dicit magister historiarũ ĩ exodi de agno paschali a ianuario ãnũ ĩcipiũt quia tũc sol incipit nobis apparere uel paulo ante. Et arabes post solstitiũ æstiuũ ĩcipiunt annũ: hæc magister. Alii aũt in octobri ponũt mundũ incepisse. dicit eni lincoñ. in suo libro quẽ scripsit ad clementẽ papã ĩ prima parte ubi loquitur de prĩcipio mũdi q̃ aprilis prim⁹ mẽsis ẽ ãni quãtũ ad inceptionẽ festoꝝ legaliũ sicut dicit ioseph⁹ lib. 1. antiq̃tatũ. ca. 3. dicit eni q̃ moyses primũ mẽsẽ. s. martiũ ĩ festiuitatib⁹ diffinit ĩ quo ex egypto hebreos eduxit: sed q̃ mundus factus sit ĩ octobri nititur ipse bathõ probare ꝑ textũ exodi. 23. solẽnitates celebrãt ĩ exitu ãni. Et ibidẽ. 34. solẽnitatẽ celebrant qñ redeũte ãni tempore ĩ illa cõdncunt. Si autẽ dicit bathon. sext⁹ ãnus fert ad aprilẽ cuꝫ fructus nõ colligent sed peribũt: quia alius annus est ferialis ĩ quo nõ licet metere: & tũc ãn⁹ octauus ĩcipit ab aprili & nihil metere in eo quia nihil fuit seiatũ ĩ ãno alio. Itẽ dicit bathõ illud idẽ patet in principio neemiæ: & hoc dicit hiero. ĩ epl'a ĩ festiuitatib⁹. & ĩ primæ ezechielis ẽ idẽ. & dicit bathõ ultra q̃ nõ est dubiũ qn scd'm ordinẽ tẽpm naturalẽ principiũ ãni ĩ lunatiõe octobris ẽ. Et hoc astrologi oriẽtales & egiptii & græci & psi & oẽs q̃si cõsiderãt, qui a patriarchis & prophetis habuerũt astrologiã. Et licet moyses cõstituit ãni principiũ ĩ aprili quãtũ ad initia solẽnitatum ut ait ioseph⁹: tñ ĩ aliis seruauit principiũ mũdi fuisse sole existente ĩ. 15. gta. leõis uidelꝫ ĩ æstate. Dicit eni iulius firmic⁹ lib. 2. ĩ prin. q̃ mũdi geniturã dñi in hãc, uoluerit esse secuti æsculapiũ & arabũ quibus potissima illius scientiæ secreta cõmisit. Cõstituerũt eni solẽ ĩ leone pte. 15. lunã ĩ parte cancri. 15. saturnũ ĩ capricorno ĩ. 15. pte. ueuerẽ ĩ libra ĩ pte. 15. mercuri⁹ ĩ uirgie pte. 15. mars in scorpi. pte. 15. hæc iuli⁹ ibidẽ. Et hoc idẽ dicit macrobi⁹ sup sõno scipiõis circa mediũ q̃ sic incipit. natura lũæ frigidæ coloris argẽtei. Itẽ dicit q̃ hæc eadẽ est sñia uniuersorũ ægiptiorũ & cũ eis cõcordat lincoñ. ĩ tractatu suo de tẽpe aeris q̃ sic ĩcipit ad ꝑnosticãdũ diuersã dispõnẽ aeris ubi sic ait: dom⁹ igit' plædicitur signũ ĩ quo erat creat⁹ ĩ mũdi origine: est igit' domus solis leo: cãcer lunæ: uirgo mercurii: libra ueneris: aries martis: sagitta iouis: capricorn⁹ saturni. Et nota q̃ loquitur lincontẽ. hic solum de domib⁹ p̃ricipalib⁹ plãꝫ. Tot igit' sũt uariæ opiniões antiquoꝝ astrologoꝝ doctorũq̃ de principio mũdi: q̃ aũt prædictaꝝ opiõnũ sit uera nescio nec aliqs scire põt nisi ex sci spũs reuelatione spãli sibi fuerit ĩtimatum. Et credo tñ q̃ tenẽtes mũdũ fuisse creatũ. 15. kl'. aprilis primũ uernale æquinoctiũ fuisse. 13. kl. martii. & ẽt tũc tpis' fuisse plenluniũ cũ. g. littera dñicali. Et sic licet dicere ecclesia errat ĩ hac parte sicut satis patet ex prædictis rõnib⁹ leitest. & ꝑcipue quia in principio mundi nõ potuit fuisse uernale ægnoctiũ. 12. kl'. aprilis. s. ĩ martio. nã sicut solstitia ãticipãt tp̃s sicut ẽt æquinoctia: sed tñ solstitiũ hiemale ĩ natiuitate xp̃i fuerat eadẽ die qua xp̃s nat⁹ ut oẽs asserũt. uidelꝫ. 25. die decẽbris ãnos christi. 1347. quo hoc opusculuꝫ. 15. die decembris expletũ fuit solstitiũ hiemale fuit in decembri completis. 13. dieb⁹. 5. horis. &. 25. mi. igitur ĩ primo ãno mũdi fuerat solstitiũ in ianuario cũ multo maius tp̃s fuerit a principio mũdi usq; ad natiuitatẽ christi q̃ a natiuitate xp̃i ad p̃redictũ annũ christi. 1347. ut patebit in ca. sequẽti: ergo eadẽ rõne cũ ĩ p̃dicto ãno. 1347. fuit æquinoctiũ uernale in martio cõpleto sed in aprili. Et hoc idẽ patet per illud ioãnis. 3º. ipsum autem crescere me aũt minui &c. quod exponẽs augu. super iohãnẽ. omelia. 14. aũ mediũ: dicit q̃ natus ẽ christus cũ iam incipit crescere dies & natus est iohannes qñ incipit minui dies: Et magister historiarũ dicit de cantico angelorũ q̃ pastores erãt uno miliari a bethleem custodientes uigilias super gregem suũ. Mos enim fuit ab antiquis in utroq; solstitio uigilias noctis custodire ob solis ueneratio

mē q̄ forte apud iudeos ex usu cohabitātiū soleue
rat hoc idē. Sic igitur patet ꝙ errore īseritur pri
mus dies seculi.15.kl.aprilis. Silr etiaꝫ errores se/
quuntur ex hoc ꝙ ipsi posuerunt tūc temporis fu
isse pleniluniū & primū æquinoctium cum.g.lit/
tera dominicali quæ satis patent ex rationibꝰ lei/
test.prius positis. Cōtra hanc positionē an mun
dus fuit creatus in æquinoctio uernali aut autūna
li non audeo determinare sed si auderem nō suffi
cio: sed rationes ut mihi uidetur plures & fortio/
res sunt pro illa parte.s.ꝙ mundus fuit creatus in
æquinoctio uernali quæ rōes prius ponūtur a lin
conié.& ab aliis: & cum hoc ecclia asserit id: & si
milr maior ps astrologorū i reuoluēdo ānos mū
di ab itroitu solis I arietē. Fortior uero rō ꝙ mū
dus factus fuit i autūnali æqnoctio est ista ꝙ dicit
uincentius auctor speculi historialis quē prius al/
legaui.s.ꝙ arabes & egyptii icipiūt ānum a septē
bri siue i octobri sequit̄ ꝙ arbores in æquinoctio
autūnali fructus habebāt: igitur uidetur ꝙ tūc oīa
hic inferius fuerūt i maxima sua perfectione & in
tali tempore decuit mundū fuisse creatum igit̄ ra
tionabilius mundus debuit fuisse creatus in æqui
noctio autūnali q̄ uernali. Pro isto dici pōt ꝙ in
æquinoctio autūnali fructꝰ nō sūt i sua maxīa per
fectione quia tunc perfectū est i diminutiōe & nō
obstante ꝙ tūc arbores fructus habeant maturos
& cæteræ plātæ eorūꝫ tū pfectio cito deficit eo ꝙ
tempus illud appropinquat hiems q̄ corruptiōis
occasio est rerū inferiorū: sed in æquinoctio uer/
nali oīa tendunt ad suā perfectionē & ad crēmen
tū nec ex tunc ex maiori parte anni uernalis tem/
pestas nocebit Vnde ex simili cā dicūt oēs astrolo
gi domos et sequētes angulos maioris eē pfectio
ris & fortioris domibus cadētibus ab angulis: eo
ꝙ sequētes sunt in acquirēdo suas perfectiōes. Ca
dētes uero ide perdendo: sic & ista iferiora in uer
nali æquinoctio acquirunt suas perfectiōnes & in
autūnali deperdunt eas: cuius signum est quia sta/
tim post illud æquinoctium autumnale folia inci/
piunt cadere de arboribus & omnia uirentia mar
cescunt. Item in quibusdam terris & regionibus
fructus sunt maturi in æquinoctio autumnali & i
quibusdam diu ante & in quibusdam diu post: ut
satis patet: & ideo non procedit illud argumentū
ꝙ recitatum est a uincentio. Aliud argumentum
uero illius bathon per quod ipse incipit probare
ꝙ mundus factus fuit in octobri faciliter potest
responderi. nam quando dicitur si sextus annus fi
nitur ad aprilem tunc fructus non colligerentur
sed perirent: quia alius annus est ferialis i quo nō
licet metere & tunc octauus icipiet ab aprili & ni
hil metetur in eo quia nihil seminatum fuit i alio
anno. dico ꝙ argumentū suum non plus probat
nisi ꝙ hebrei debuerunt incipere annum suum ab
octauo quantum ad ea quæ concernunt collectio
nem frugū & agriculturæ & huiusmodi: & ex
hoc non sequitur ꝙ mundus incipiet in eo tempo
re: nam uno modo incipiunt annum in aprili. s.
quantum ad initia solstitiorum sicut dicit iosephꝰ
in primo antiquitatū.cap.3.& exodi cap.23.dici
tur sic tribus uicibus per singulos annos inde festa
celebrantur & postea exprimentur eū dicit a die/
bus comedetis azima: & sic precepit tempore mē
sis nouorum qn̄ egressus est de egipto & solēni/
ter messis primitiorū operis tui quodcūq; semina
ueris in agro solēniter quoq; in exitu anni quan/
do congregaueris omnes fruges tuas de agro.
Ex his igitur patet ꝙ quater in anno filii isrl̄ ce/
lebrant solēnitates. seꝫ in aprili. iunio. & octobri
& septembri.s.in exitu anni & non sequitur ꝙ si
in quolibet illorum trium temporum incipiūt an
num ꝙ uoluerunt asserere in quolibet temporum
triū mundū incepisse: sed qua ratione inceperunt
in uno illorum trium temporum propter solēni/
tatem festi ut in aprili eadem ratione in quolibet
illorum trium dictorum debuerunt incepisse ex si
mili causa. Item sicut preallegatuꝫ est a magistro
historiali, Romani iceperunt annum a ianuario:
quia tunc incipit sol nobis apparere ex hoc tamē
non sequitur ꝙ mundus incepit a ianuario. Ex
his igitur patet ꝙ argumentum bathon in quo tā
tum confidit non directe probat mundum fuisse
factum in octobri: sed tantum probat hebreos in
cipere annum a septembri pro his quæ concernūt
collectiones fructuum & agriculturam & singula
Nunquid tamen mundus tunc incepit uel i aprili
nescio nec asserere uolo propter tot uarias & con
trarias opiniones doctorum. Nunquid in crea/
tione mundi luna fuerit creata plena uel soli con/
iuncta dubito: nam augustinus & linconiensis re
linquunt hoc sub dubio sicut predictum est eudē
tius tamen apparet ꝙ fuerit creata soli coniuncta
Et iudei dicunt ꝙ adam in die creationis suæ i ue
spere uidit primam nouam lunam sicut preallega
tum est. Quidam etiaꝫ dixerunt omnes plane/
tas fuisse creatos simul cum sole in ariete ut dictuꝫ
est. ¶ Nunquid tamen sunt ista uera nescio & e/
que stat lunam creatam fuisse coniunctam soli si/
cut plenaꝫ & econtra pro aliquo ꝙ ego. Et tanta
est ratio ad unam partem sicut ad aliam: quia qua
litercūq; deus creauit omnia satis perfecte fuerunt
ipsa creata. unde per rationes non possumus de/
uenire ad ueritatem unius: & si ueritas inquiritur
hoc erit solum per reuelationem uel per inspira/
tionem spiritus sancti: nec etiaꝫ per alias rationes
scire possumus quo tēpore anni mundus fuit crea
tur ideo non uidetur melius q̄ relinquere hoc sub
dubio. Cur autem antiqui reuoluebant annos
mundi ab introitu solis in arietem & initium si/
gnorū.12.in arietis capite esse uoluerūt cū in prin
cipio nullū signū esse uidetur illam explicare intē
do. Dicit iulius firmicus libro.3.in principio.
& macrobius in de somno scipionis determinat

ubi supra medium cæli in ariete positum ob hanc causam quia figure quæ sũt mediũ cælum in omnibus genituris obtinet principatũ. Et quia medium cælũ est quasi mundi uertex & quasi mũdi caput in exordio lucis esse appuit. Et quia ex hoc loco totius geniture fundamenta colligimus: oportune ex hoc signo initium omnibus signis datum est presertim cũ maxima pars stellaꝝ & amboꝝ luminarium radios in hoc signo miserunt hec iulius & macrobius. Item dicit albu.2. maioris introductorii differentia quinta in principio ꝙ quidã dixerunt ꝙ omne rotũdum caret initio quare incipiunt ab ariete & quare ibi ponunt initiũ signorum. Quibus diximus ꝙ cum sint quatuor qualitates quæ sunt calor frigus humiditas & siccitas & compositi sunt hec.4. Similiter quædaꝫ eoꝝ figunt effectum & quædam eoꝝ corruptionem & cum in quibusdam temporibus anni efficitur & accidit res in quibus non corrumpantur ponunt initium in signo ꝙ cum intraret sol fieret natura eiusdem temporis concors & congrua naturæ elemẽti compositi signans initium effectus & nutrimenti iuuentutis quoqꝫ ac pueritie. Et postea in eodem ca. dicit albu. ꝙ post hæc inspexerunt omne tempus & inuenerunt ꝙ dum ingredit̃ sol primum punctum arietis immutatur tempus per calorem & humiditatem temperatam & incipiunt dies augeri. Et in fine capituli dicit sic ꝙ tunc incipiunt effectus rerum germinant ꝙ semina educit ꝙ terra suos flores arbores frondescũt: & hoc tempus assimulatur naturæ pueritiæ ac iuuentutis & initium effectus: hæc albu. Propter has causas astrologi ab introitu solis in arietem annos mundi reuoluunt & annum incipiunt nõ obstante ꝙ aliqui dicunt mũdũ incepisse aliquo tempore an numiator tamen pars theologoꝝ concordat cum hac uia astrologoꝝ. Et propter hoc ecclesia asserit initium seculi fuisse eodem tempore anni. Vnde hæc positio auctoritatibus pluribus aliis fulcitã ac etiam rationibus prædictaꝝ positionũ plus sapit de ueritate ad me non pertinet determinare sed sub dubio hoc relinquo.

¶ Capitulum scd̃m de etate mundi scd̃m diuersas opiniones.

POstq̃ locutus sum in ca. precedẽti de principio mundi nunc i hoc ca. intendo determinare de etate mundi & de etate ab ipsius mundi origine scd̃m antiquorum patrum & astrologoꝝ opinionem: sed in hoc maxima dubietas emergit plures enim antiqui uiri & sancti etatem mundi inuestigare conabantur sed de ipsa nullo modo poterant certificari. Nam iosephus & orosius methodius & eusebius hieronimus & isidorus beda & augustinus dyonisius & gerãdus marianus & etheus hebrei.70. interpretes & alii q̃ plures annos ab origine mundi numerant sed i eorum annoꝝ numero uariantur nec de eorum omnib⁹ calculatõib⁹ aliqua sententia colligit̃ quæ a nobis possit cogitari uera & certa: nihilomin⁹ eorũ omniũ sententias ĩtendo proposse meo cõpilare. Isidorus utiqꝫ etymologiaꝝ libro .5. beda de temporibus in principio & rabanus ibi de proprietatibus libro.10. & omnes quæ de tempore pertractant ab origine mundi ipsum in .6. etates diuidunt & earum etatum annos numerant & exinde annos a mũdi creatiõe recolligunt. Prima autẽ mundi etas ut ipsi dicunt incipiebat a mundi creatione usqꝫ ad diluuium per .10. generationes ut dicit rabanus libro.10. de proprietatibus libro 74. & cõtinet hæc etas scd̃m hebreos annos.1656. ut dicit rabanus ubi supra & prout dicit leitest sũt 8. cicli lunaria &.13. anni. Vlterius dicit leitest ꝙ aũt oportet ꝙ diluuium incepit mense.2. a nisan. & sic embolisinus precessit nisan. s. in mense a nisan. incipiendo annum a nisan & illum modum tenet magister historiarum & doctores comuniter. Et similiter rabi iosue scd̃m glosatorem hebreorum aũt oportet ꝙ illi.1656. usqꝫ ad diluuiũ scd̃m hebreos integri completi fuerunt antediluuium ennumerato anno natiuitate.1. anno imaginato in principio mundi & illud est uerius. Et hunc modum proponit glosator hebreorum & allegat pro se rabi sieliezer. Secundum primum modum ãnus diluuii erat.1656. & per cõsequens annus tertius.88. reuolubilium a principio mundi: Vlterius in eodẽ ca. dicit leitest. itaqꝫ anni diluuii inchoatus a mense nisan icepit quarta die.1. prima dies nonis aprilis feria tertia computatur tribus diebus pro mense illo incepit sequens menses. s. nisan.4. die madii. s. feria q̃rta quĩta cuius.7. die & scd̃a die madii siue.3. klãs iunii die sabbati rupti sũt fontes abissus & incepit diluuiũ. Scd̃m aliũm modum ãnus diluuii.1656. a mundi creatione.28. die septembri quinta feria illo primo die incepit annus iste adhuc anno.5. solaris cicli & per consequens littera dominicalis menses igitur ille iuncta solari quẽ alio nomine uocant bul. quod interpretatur mixtio siue confusio propter quod diluuium inundauit in coꝙ diluuium uocãt mabul. hebraice omnia miscens & confundens iste i q̃ mensis incipit uigesimo octauo die octobris.8. diem sabbati ubi in kalendis inscribitur festum apostolorum symonis & iude & decima tertia die nouembris feria scd̃a rupti sunt fontes & incepit diluuium sed hunc diem non computat glosator pro prima die pluuiæ: hæc leitestẽsis. Primo modo cõcordat scriptura cum genesis septimo sic dicẽs ãno sexcẽtesimo uite noe. s. scd̃o mẽse nisan.17 die mẽsis nisan rupti sũt fõtes & oẽs abissi magne & cataractæ cæli apti sũt & facta est pluuia super

ex ea pte i q̄ erat fiducia: & succedēs q̄rtæ signifi/
cat hoc p dōatiōes & uenerat ōes de cā filioꝝ. Et
succedēs ascēdētis significat hoc ex cā mīstroꝝ &
substātiæ. Qui uero ē succedēs septie significat h⁹
ex hereditate mortuoꝝ & ex reb⁹ occultis. Cadē
tes uero ab angulis debilitatē & detrimētū signi/
ficant'. hæc ibidem. Ex his patet ꝙ fortiora loca
inter. 12. domos sūt q̄ttuor anguli: & p⁹ modum
succedētes āgulo: & debiliora loca & magis ifor
tunata sūt dom⁹ cadētes. ¶ Sed hic orit' dubiū:
qui anguloꝝ sūt fortiores & q debiliores. Dicit
aūt Iuli⁹ firmic⁹ li. 2°. c. 17. Et Albu. i li. suo de flo
rib⁹ in prin. & silr in li. expimētoꝝ suoꝝ i prin.
& Auctor. 9. iudicū in itroductorio libri sui: &
silr cū eis cōcordāt q̄si oēs astronomi dicētes: ꝙ
fortissimus angulus ē ascēdēs: deīde decia dom⁹:
deinde septia: postea q̄rta. & licet tot astronomi
huic assentiāt: tn̄ mihi uidet' ꝙ rō magis ē i ꝯtrari credit q̄ oes fortiore
um uidelicet ꝙ decia dom⁹ multum fortior sit q̄ alijs ee angulu medij
aliquis alius locus prædictorum. Fortitudo eni 1a ro.
cuiuscūq; anguli in cælo siue cuiuscūq; alteri⁹ do
mus nō sumit' nec causat' ex ppria natura siue ex
fortitudine illi⁹ ptis cæli q̄ pro tūc fuerit i illa do
mo cum per eandem domum quelibet pars zo/
diaci transeat i uno die naturali: ergo ut uidetur
fortitudo anguli siue dom⁹ cuiuscunq; causat' ex
natura situs illi⁹ dom⁹ p compatiōnē ad horizō/
tē nostrū: eo ꝙ stella aliq̄ hn̄s i illo situ compatio
nē ad horizontē: fortius operatur in horizonte
illo q̄ exn̄s alia in alio situ siue domo aliq̄: sicut
satis expimentalit' uidem⁹ ꝙ stellæ forti⁹ opant'
in nostro horizonte cū fuerit in medio cæli q̄ cū
fuerit in oriēte uel in occidēte siue in quacūq; pte
cæli alia. & hoc satis patet i ascensione solis q for
tissime agit calorē & lucē in medio cæli exn̄s: &
eadē rōe oēs alii planetæ. Itē qd'libet agēs lumē 2a ro.
uel calorē forti⁹ agit p lineas magis rectas & ma
gis incidētes q̄ p lineas magis obliq̄s ut patet i p
spectiua alaxē eē uerū & expimētū hoc docet. sed
supercælestia agunt in ista inferiora: & trāsmutāt
ea p calorē & lumē ut patet p Arist. 1°. methau. et
in. 2°. de generatiōe: & in pluribus locis. oēs ergo
stellæ exn̄tes in medio cæli magis incidētalr agūt
q̄ alibi. & p ꝯn̄s seq̄t' q̄ 10. dom⁹ sit fortior ascē
dente uel quocūq; alio angulo. Itē dicit Albu. 3°. 3a ro.
maio. introdu. drā. 4. ꝙ p actionē et motionē lu
næ accidit flux⁹ & refluxus maris: nec desinit aq̄
ascēdēs moueri nec spirare q̄diu durauerit luna
ascēdēs & petēs mediū cæli: cūq; i medio cæli fue
rit aq̄ i crescēdo pficit': cū āt lūa a medio celi reces
serit reuertit' aqua p suā naturam ad suū locū sitq;
recessio: rursū cū puenerit lūa ad āgulū occidētis
icipit accessio uēire usq; dū uenerit lūa ad imū cæ
li: p⁹ hoc reuertit' aqua quousq; puenerit luna ad
circulū hemispeii oriētis. deīn reuertit' aq̄ ad silē
qd' fuerat. Hæc ibidē Albu. Ex his igit' dictis Al
bu. patet ꝙ luna fortissime agit mouendo mare
cū fuerit in medio cæli respectu illi⁹ maris initio
suo fluētis: ergo i medio cæli luna exn̄s forti⁹ agit
i ista inferiora q̄ i aliquo alio loco: & eadē rōne
q̄libet alia stella: ergo & cætera. Itē dicit Pto. allegat authorita

primo quadriparti. capitulo ultimo: ꝙ cum planetæ fuerint in medio cæli: uel cum ad mediū cæli ascenderint erunt fortissimi: gradatim enim a fortitudine declinant secundum carum a medio cæli remotionem. Cum enī in ipso orientali puncto extiterint non erunt ita fortes: in occidentali uero minus. Cum sub terra fuerint in oppositiōe medii cæli: uel inter occidentē ad angulum terræ minus adhuc fortes erunt. Hæc ibi ille. Item ptolæmeus tertio quadriparti. capi. undecimo inuestigās loca quæ sunt apta pro hyleg: facit comparationē inter loca siue domos quæ sunt supra terram sic dicens: Horum autem locorum supra terram supple illud quod ad præmittendum conueniens est & fortioris auctoritatis exīstat id est qđ est cæli medium super terram: & postmodum illud quod est in ascendente: deinde illud quod ad cæli mediū ascēdit: & post ipsum quod est in occidēte: deinde illud quod cæli medium præcedit Omne autem qđ sub terra moratur non est in re tam præclara & tam excellēti præmittendū: sicut diximus preter illud quod est ascendens super terrā, & apparuerit. Hæc ptolæmeus. Et addit ibidem Hali: ꝙ uirtutes ad nos uenietes de cælo: & de sub terra sunt permutatæ & debilitatæ propť elongationem ipsarum a nobis: siue propter elōgationē sēcđm quā ad nos ueniunt. Hæc ille. Ex his ergo dictis satis liquet ꝙ locus medii cæli fortior sit quocunq; alio loco in cælo ꝗ̄ꝗ̄ alii astronomi contrarium dicunt. Et ratio huic opinioni uidetur consentire. unde dico cum ptolæmeo ꝙ locus medii cæli est fortissimus locus: & ꝙ partes cæli sub terra existentes minime agunt super terram. Et dico ꝙ stella ascendens super horizontem continue fortius agit & fortius quousq; fuerit in medio cæli. & postqȝ descēderit a medio cæli usq; ad occidens: continue debilius & debilius operatur in horizonte illo. Vnde dico saluo iudicio meliori: ꝙ locus ille qui duodecima domus nuncupať fortior est loco ascendentis: eo ꝙ plus accedit ad medium cæli & similiter undecima domus fortior est duodecima: et locus medii cæli est fortissimus. decima quoq; domus est fortior nona: & nona fortior octaua: & octaua est fortior septima: & septima sexta: Nō tñ obstante ꝙ ab astronomis domus mortis appelletur: & maxime si infortunata. fortior est tamē septima domus quæ est unus de quattuor angulis. & intelligo hāc fortitudinē hoc modo. s. ꝙ stellæ & planetæ similiter fortius operantur in eisdē locis existentes: sicut predictum est. Dico tamen ꝙ in aliquo iudicio preferendus est locus ascendentis: & dominus eius loco in medio cæli. s. in iudicio de uita nati. & in iudicio de posse nati præferendus est locus secundæ domus. & in iudicio fratrū preferenda est domus tertia: & sic de cæteris domibus. Et dico ꝙ non est aliqua earum quin in aliquo iudicio debet præferri uniuersaliter. decima

pro Aucthoris conue te Ptholemeo.

¶ Loc⁹ enī medii cæli et etiā loca ꝗ̄ magis ad medium cæli accedunt similr sunt aliis fortiora propť causas antedictas. & hoc est uerū pro maiori parte in iudicio de accidentibus mundi: de quibus in hoc libro meo determinatur. Nam cum uoluerimus iudicare de temperie aeris pro aliquo certo tēpore. s. pro anno aliquo siue pro lunatiōe aliqua. Primo aspiciendū est in initio illius temporis ad dispositorem dñm illius tpis: si tūc in principio fuerit fortis in loco suo: et tunc iudicabim⁹ fortitudinem effectus eius. & notandum est similiter de fortitudine eius scilicet in loco suo cū fuerit in tali loco cæli ubi fortius agit effectum suū in ista inferiora prout dictum est per Albumazarem: cum eum in tali casu respicit si in principio temporis fuerit aliquis planeta in ascendente habens aliquam dignitatem: & ipsum constituit dominium illius temporis. sed eius opinio reprobatur prius in distinctione noua: capitulo secundo de domino anni. Similiter hæc positio est contra mentem Ptolæmei secundo quadriparti. capitulo septimo: ubi inuestigat dominū eclipsis a domino loci: et deinde a domino anguli precedentis eclipsim: & non respicit primo ad ascendens: nec præponit ipm aliis locis cæli. Vii in proposito magis teneo cum ptolæmeo ꝗ̄ cum aliis. Et ptolæmeus in tertio & in quarto quadriparti. reputat magnam fortitudinem planetæ cū eleuatur super eum: & multotiens ibidem intelligit per eleuationem planetam eē super terram & propinquiorem medio cæli. Vnde in iudiciis de temperie annorum planetæ domini dispositores temperiei fortiores sunt: & fortius disponūt temperiē cū in principio alicuius temporis reuolutionis in medio cæli: uel prope ꝗ̄ in ascendente uł in aliis locis remotioribꝫ a medio cæli propter causas predictas: & precipue propter auctoritates ptolæmei supradictas. Ipsi tamē qui præponunt ascendentē hoc faciunt ob istam causam s. ut ꝑ principiū temporis alicui⁹ reuolutionis iudicant de temperie totius temporis sequentis: sicut ꝑ ascendens & per dominos eius siue per planetas existentes in eis incipiunt iudicare: & ab eo sumunt dominum temporis: quia ascendens primo oritur super terram in initio temporis eiusdē Vnde quia tales astronomi operantur per ascendens & duodecim domos pronosticādo de temperie aeris: & de pluribus accidentibus mundi. Et similiter ꝗa plures reperis regulas in libris eorum super significationes ascendentis. & .12. domorū fundatas: ideo in hoc capitulo posui significationes earundem domorum quæ mihi uidebant᷑ magis notabiles: quas extraxi ex sententiis diuersorum astronomorum.

¶ Capi.4.de naturis graduū seu ptiū circuli.

POstq̄ȝ in præcedentibus capitulis huius distinctionis determinatū ē de naturis & qualitatibus planetarum signorum &.12.domorū. In hoc capitulo intendo ponere qualitates & naturas graduū partiū circuli cæli. Vñ primo sciendū est q̄ sicut unicuiq̄ȝ constat q̄ signa in zodiaco sunt.12.& unū quodq̄ȝ signum in.30.partes æquales diuiditur: quas gradus appellant⁹. Quilibet etiam gradus in 60 partes æquales diuiditur: quæ minuta appellantur Et quodlibet minutum in.60.secunda Et quodlibet secundum in.60.tertia: & sic deinceps. Illarū uero partium circuli quæ nominantur gradus multas diuersas q̄litates reperis in libris astronomoꝝ. Nā quidā gradus sunt masculini: quidam fœminini: quidā lucidi: quidam tenebrosi: quidam fumosi: & quidam sunt pleni: quidam sunt uacui: quidam uero sunt gradus augentes fortunam: & quidam sunt gradus putei. Et similiter sunt aliæ naturæ graduum de quibus in hoc capitulo infra dicet᷑. ¶ Alii uero diuidūt signa alio modo prout dicit Albuma.5° maio. introducto. differentia.18. Dicit enī idem q̄ antiqui astronomi signum quodlibet in.12.partes diuiserunt: & erat omnis diuisio ex duobus gradibus & dimidio: quā duodenariā partē uocāt. & posuerūt naturā primæ duodenariæ esse naturam signi cuius ipsa eēt pars. naturam uero secundæ duodenariæ posuerūt eē de natura secūdi. tertiā uero tertii signi: & sic deinceps. ¶ Et in eodē capitulo dicit Albumazar q̄ Hermes & alii antiqui astronomi posuerunt q̄ omnes gradus cuiuslibet signi conueniunt in natura alicui signo. Vnde dixerūt q̄ primus gradus cuiuslibet signi est naturæ illius signi cuius est gradus. Secundus uero gradus eiusdem est naturæ signi secundi Et tertius gradus naturæ tertii: & sic deinceps. ¶ Alii uero diuiserūt signa alio mō. Nā quodlibet signū in 9 partes diuiserunt: quas nonenas appellabant. Primam itaq̄ȝ nonenam arietis posuerunt esse naturæ martis qui est dominus arietis. Secundam nonenam dixerunt esse naturæ ueneris quæ est dominus signi secundi.s.tauri. Tertiam naturæ mercurii domini tertii signi.s.geminorū: & sic deinceps. Sit ergo nona nonena ps arietis naturæ domini sagictarii.s.iouis. Et prima nouena tauri naturæ saturni domini capricorni. & secunda saturni domini aquarii. & tertia iouis domini piscium: & quarta martis domini arietis. & hoc modo posuerunt nonenarū dominos secundum ordinem & successionē signorum. Et Ptolæmeus primo quadriparti. capi. 22. dicit q̄ antiqui posuerunt similiter dominos duodenarios dños domorū.12.secūdū successionē signorū. Et dicit q̄ alii diuiserūt signa aliter .s.p.10.partes: & secuti sunt in hoc ordinem quē chaldei in terminorum ordine sequebantur. Et secundum Hali diuiserunt signum in tres partes æquales: quæ uocabant᷑ decenæ siue decani eo q̄ unaquæq̄ȝ illarum partium continet.10.gradus. & sic diuidētes sequunt᷑ modum chaldeorum in terminis ordinatis. Dant enim primam decenā ascendentis domino ascendentis: & secundā domino quintæ domus: & tertiam domino nonæ Et huiusmodi diuisio secundū Hali uocatur Durugen. Alia est diuisio secundū Hali in partes tres quæ uocantur facies: dando.s.primā partem arietis marti qui est dominus arietis: secundā soli: tertiam ueneri. & primam partem tauri mercurio: secundam lunæ: tertiam saturno: & sic continuando secundū ordinem planetarum. Et dicit Ptolæmeus ibidē q̄ huiusmodi diuisiones nō habent aliquam firmitatem.s.diuisionem nonenarum & decenarū: nec etiam iuxta mentem suā diuisiones facierum. Sed Ptolæmeus approbare uidetur in capitulo.22.diuisionem duodenariam. & similiter ipse approbat in capitulo eiusdem primi quadriptiti. diuisiōem terminorum. sed de terminis magis dicetur in capitulo sequenti. Quod autē Ptolæme⁹ uult approbare duodenarios & terminos patet p hoc qd᷑ ipse dicit in capitulo.22.s.q̄ conuenit nos incipere in duodenariis & in terminis a quattuor punctis.s.tropicorū & solstitiorū. Sed dubium est mihi quomodo in terminis uel duodenariis erit inceptio in eisdē punctis: ex quo singulis gradibꝰ assignātur secundū certitudinem dominia planetarum. Dicit tamē Hali q̄ per hoc docet nos Ptolæme⁹ quomodo sciem⁹ uirtutes cuiuslibet grad⁹ signorū accipiēdo eos in cōpatiōe horū q̄ttuor pūctorum: sicut scimus uirtutes stellarum in comparatione solis. Et quando sciuerimus hoc poterimus eos bene ordinare hoc modo: q̄ ei qd᷑ fuerit maioris concordantiæ dabimus uim dom⁹. & postmodū consequenti dabimus uim triplicitatis: & postmodum exaltationis: & sic in terminis duodenariis & per alios dignitates. Nam per hoc dedit nobis Ptolæmeus uiam qua sciamus pro certo uirtutem cuiuslibet gradus signorum: & cuiusmodi cōcordantiā habet cū quolibet planeta. Hæc hali. ¶ Sed uolo redire ad naturas & q̄litates graduū signoꝝ. Et primo ponā eorū graduū sex⁹ ī masculinitate & fœmininitate. Dicit itaq̄ȝ Albuma. quinto maioris introducto. differētia decima nona: q̄ cū fuerit aliqua inceptio alicui⁹ tpis puta natiuitatis uel interrogatōis: & eadē ratione inceptio cuiusq̄ȝ accidentis mundi: & illud accidens siue illa natiuitas uel interogatio cuius fuerit illa inceptio temporis fuerit masculina: & fuerint planetæ in gradibus masculinis: fortius

erit & melius. Eodem modo si huiusmodi inceptio fuerit fœminea: & planetæ fuerint in gradibus fœmineis. Si autẽ econtra acciderit debilius & peius eueniet: & intelligo planetas dispositores. Et ponam tibi tabulam in qua statim scias q grad⁹ cuiusq; signi sunt masculini & q fœminini secundũ Albuma. ut supra. & Alkabi differentia prima: & Hali primo quadriparti. ca. 22°. uariãt in istis gradibus: sed plus teneo cum Albu. Nã & alii duo similiter in eisdem gradibus uariantur patet in tabula sequente.

Tabula sexus graduũ circuli.

♈	mas.7.	fœmi.2.	mas.6.	fœmi.7.	mas.8.		
♉	mas.7.	fœmi.8.	mas.5.				
♊	fœmi.6.	mas.11.	fœmi.3.	mas.4.	fœmi.4.		
♋	mas.2.	fœmi.5.	mas.6.	fœmi.2	mas.11.	fœmi.4.	mas.3.
♌	mas.5.	fœmi.2.	mas.8.	fœmi.10.	mas.7.		
♍	fœmi.7.	mas.5.	fœmi.11.	mas.3.	fœmi.7.		
♎	mas.5.	fœmi.5.	mas.4.	fœmi.7.	mas.2.		
♏	mas.4.	fœmi.6.	mas.7.	fœmi.5.	mas.8.	fœmi.3.	
♐	mas.2.	fœmi.3.	mas.5.	fœmi.12.	mas.6.		
♑	mas.11.	fœmi.8.	mas.				
♒	mas.5.	fœmi.7.	mas.6.	fœmi.7.	mas.5.		
♓	mas.10.	fœmi.10.	mas.3.	fœmi.5.	mas.2.		

Modo ostendam tibi alias qualitates planetarũ quas ponunt Albuma. & Alkabi. Unde dicit Albu. quinto maio. introducto. differẽtia. 20. q gradus signorum sunt, quattuor modis. Quidã enim sunt qui uocantur lucidi. Secũdo gradus fusci siue umbrosi siue fumosi: & isti sunt idem. Et tertio sunt gradus qui uocantur uacui uel crocei & isti idem sunt. Et quarto sunt gradus obscuri uel tenebrosi: & similiter isti idem sunt. Et frater qui uocat se perscrutatorem in suo tractatu de temperie aeris dicit sic: Mundus indiget imbribꝫ propter rerũ generationem: ideo necesse est ut in zodiaco sint diuersæ partes in quibus sol nũc fortis nũc forti⁹ nũc fortissime aqs eleuaret. Et aliæ ptes ĩ quibꝫ sol nũc eleuaret: nũc nõ eleuaret: nũc nix & nunc debiliter. quibꝫ assignant sex noia. Quæ sex noia sex colorũ noibꝫ designãt scilicet: album: uacuum: indifferens. deinde sic: nigrum: tenebrosum: umbrosum. Vel aliter sic potest intitulatio fieri: album: citrinũ: rubeũ. deinde sic: nigrum: uiride: & iacinctum & secundum participationem loci signi ficetur potentia solis in deuando. Hæc frater. Et sequitur duplex tabula. Albumazaris primo: & deinde sequitur tabula fratris.

Tabula graduũ circuli secundũ Albumazarem.

♈	fu.3.	tene.5.	croce.8	luci.4.	tene.4.	luci.5.	tene.1.
♉	fu.3	luci.7.	uacu.2.	luci.8.	uacu.5.	luci.3.	croce.2.
♊	lumi.7.	croce.3.	luci.5.	uacu.2.	luci.6.	croce.7.	
♋	fu.7.	luci.5.	croce.2.	luci.4.	tene.2.	luci.8.	tene.2.
♌	lumi.7.	croce.3.	tene.6.	uacu.5.	luci.9.		
♍	fu.5.	luci.4.	uacu.2.	luci.6.	tene.4.	luci.7.	uacu.1.
♎	lumi.6.	croce.5.	luci.7.	croce.3.	luci.7.	uacu.2.	
♏	fu.3.	luci.5.	uacu.6.	luci.6.	tene.2.	luci.5.	croce.3.
♐	lumi.9.	croce.2.	luci.7.	tene.4.	croce.7.		
♑	fu.7.	luci.2.	tene.5.	luci.4.	croce.2.	uacu.4.	luci.5.
♒	tene 4.	luci.5.	croce.4.	luci.8.	uacu.4.	luci.5.	
♓	fu.6.	luci.6.	croce.6.	luci.4.	uacu.3.	uacu.3.	croce.2.

Tabula fratris de potentia solis.

♈	um.3.	tene.8.	um.6.	lu.20.	tene.24.		
	luci.29.	tene 30.					
♉	um.4.	tene.11.	um.14.	uacu.19.	luci.20.		
	uacu.15.	luci.28.	uacu.30.				
♊	luci.7.	tene.14.	um.18.	indif.20.	luci.28.	um.30.	
♋	luci.12.	tene.14.	um 18.	indif.20.	luci.28.	um.30.	
♌	tene.10.	uacu.20.	um.25.	luci.30.			
♍	tene.6.	uacu.9.	um.11.	luci.17.	indif.22.		
	uacu.28.	nig.30.					
♎	luci.5.	uacu.10.	luci.28.	tene.21.	luci.27.	uacu.30.	
♏	tene.3.	luci.8.	uacu.14.	luci.20.	tene.22.	uacu.27.	tene.30.
♐	luci.9.	tene.12.	luci.19.	indif.23.	luci.30.		
♑	um.7.	luci.10.	uiridis.5.	luci.19.	tene.22.	uacu.25.	tene.30.
♒	tene.4.	luci.9.	um.13.	luci.21.	uacu.25.	luci.30.	
♓	um.6.	luci.12.	um.18.	luci.22.	uacu.25.	luci.28.	um.30.

¶ In istis eni gradib9 magna est discordia inter astronomos. nam Albu. & frater in istis tabulis discordant ab inuicem. & similiter Alkabitius et alii discordant ab utroq; eorum. sed sufficiunt ad presens illæ duæ tabulæ Albumazaris & fratris. Et dicit albumazar quinto maioris introducto. differentia. 20. q cum planeta ceciderit in gradus lucidos fortius significat bonum et fortitudinem & pulchritudinem lucem atq; fortunam. Et cum ceciderit in gradus tenebrosos significat duritiam: tarditatẽ: rem horribilem & tenebrosam atq; malam. Cum ceciderit in gradus fuscos siue umbrosos aut fumosos aut uacuos significat modicũ horribilitatis. Hæc Albumazar. Et frater p huiusmodi q̃litates graduum multum operatur i pnosticatõe tẽperiei: sicut patebit i tractatu. 2°. ¶ Et in cælo sunt quidam gradus qui uocantur putei: qui secundum astronomos magnam uirtutem habent in istis inferioribus. Nam dicit Albumazar quinto maioris introdu. dria. 21. q cũ in eos aliquis planeta ceciderit quemadmodũ debilitantis: ablationem pulchritudinis et aspectus significãt: & a significatiõe sua debilitat̃. fortiæ uero si in ipsos ceciderit ut narrauim9 debilitat̃ Silr mali in eis a sua significatione debilitantur & forsitan significabũt fortunã accũtalẽ ꝑpter debilitatẽ ei9 sup malũ: & forsitan confortabit̃ natura illius maliciæ. Et ponam tibi tabulam de puteis secundum sententiam Albumazaris quinto maioris introductorii: differentia. 21. & i minori in fine. & frater in tractatu suo de temperie aeris. Et dicit frater q putei secundum naturam saturni siccant & deprimũt. Qualiter autem per puteos sit pronosticandum de temperie aeris secundum æqualitatem patebit in secundo tractatu. ¶ Et alii sunt gradus in zodiaco qui dicunt̃ fortunam augentes: & hi gradus similiter habẽt magnam uim in istis inferioribus secundum Albumazarem quinto maioris introductorii: differentia uigesima secũda: q cum fuerit aliquis horum ascendens: aut fuerit sol in die & luna in nocte in aliquibus eorum: & fuerit in optimo loco circuli. Et si fuerint planetæ significantes radicẽ natiuitatis fortunati: perducit natum ad sublimitatem & sedem natiuitatis regni: & dominabit̃ terræ & multis ciuitatib9 & multis diuitiis. Hæc ibidem. Et secundum Albumazarem in minori introductorio: hi sunt grad9 excessiui partialium Vnde & ignobiles ad regnum perueniunt. Et secundum fratrem hi gradus sunt humidi: & fit in eis pluuia. & uocantur hi gradus a fratre exaltationes. s. particulares. & colliguntur ex sententia Albumazaris quinto maioris introductorii ubi supra. & in minori introductorio in fine. & fratris qui se uocat perscrutatorẽ in tractatu suo de temperie aeris. & patet clare in ista tabula.

Sequitur tabula fratris.

Tabula de gradibus puteorũ fratris.

♈	6	11	17	24	29		
♉	5	13	18	24	25	26	
♊	6	13	17	26	30		
♋	12	17	13	16	30		
♌	8	13	15	22	23	28	
♍	8	13	16	21	25	30	
♎	1	7	20	23	27	30	
♏	9	19	19	22	23	27	
♐	7	12	15	24	27	30	
♑	2	7	17	22	29		
♒	1	12	17	23	29		
♓	4	9	24	27	28		

Tabula de gradibꝰ augẽtibꝰ fortunã: uel sc̃d'm fratrẽ exaltatões pticulares.

♈	19				
♉	8				
♊	11				
♋	1	2	3	14	15
♌	5	7	17	20	
♍	2	13	20		
♎	3	5	21		
♏	2	5	20		
♐	13	20			
♑	12	13	14	20	
♒	7	16	18	27	
♓	12	20			

Item sunt alii gradus.7.qui ponunt' in secũda tabula istorum qui si'r uocantur ab Albu.gradus augẽtes fortunã.Et dicit ibi supra ꝙ antiq dixerunt ꝙ cum planetæ recesserint a suis locis fortunã nati significantibus:et fuerit luna uel pars fortunæ in his gradibus qui fuerint ipsi gradꝰ ascẽdẽtes:fortunã adaugẽtes nati.& si fuerint significãtes eius casum:isti gradus mouẽt eum in aliquam sublimationem per aliquam quantitatem quodã motu. Hæc ibidem.Et in minori introductorio dicit Albuma.ꝙ hi sunt gradus excessium ita ꝙ si in eos cuiuslibet thematis dominus planeta aut horoscopus ceciderit thematis fœlicitatis ibi fortunã excedit.Et dicit frater ꝙ hi gradus sunt naturæ mediæ inter predictos gradus augentes fortunã:siue exaltationes particulares:& gradus puteos.nam omni alio planeta præstãt humidi siue sicci:Et hi dicuntur adiunctiones siue exaltationes cõmunes quia humidi & sicci.Hæc frater.

Exaltationes cõmunes sc̃d'm fratrem: uel gradus augentes fortunam.

♉	15	27	30
♌	3	5	
♏	7.al'.9.		
♒	20		

Item in zodiaco sunt quidam gradus qui dicuntur gradꝰ azemene.i. gradus debilitatis corporis sc̃d'm Alkabi. Vñ dicit Alkabi.ꝙ azemena est quædam debilitatio corporum temporis eo qd' accidit ex tpe:ut ẽ cecitas surditas amissio membrorũ & huiusmodi:talia antẽ q̃diu hõ uixerit habebit secum nisi miraculose sanet'. Cũ ergo luna fuerit in his gradibꝰ in aliqua natiuitate accident nato prædicta azemena sc̃d'm significationem loci & aspectus & sc̃d'm loca planetarum. Significantur autẽ azemenæ per astra diuersis modis:sicut in libris natiuitatũ inuenies.Hæc Alka. Et ponam tibi gradus illos in una tabula sc̃d'm opinionem Albu.

Tabella graduũ azemene.

♉	6	7	8	9	10
♋	9	& usq; ad 29			
♌	18	27	28		
♏	19	29	18	19	
♐	1	7			
♑	16	et usq; ad 29			
♒	18	19			

Item dicit Iuliꝰ firmicus li.4.in fi. Singul. signis sunt trium decani. facies. Nam i oibꝰ.30. ptis eorum inueniri nõ extẽdit sed p singl'a signa trini decani q̃sdã ptes possidẽt & quasdã relinquũt. Plene itaq; tres partes sunt i quibus decani inuẽti fuerint.uacuæ uero ad quas partes nunq̃ decanorum numerus accedit.Quicũq; itaq; in genitura sua solẽ & lunã:& q̃nq; planetas retrogrados in plenis habuerit partibꝰ erit quasi deus subleuatus p̃sidio maiestatis maximæ sed nunq̃ poterit fieri in genitura hominis ut sol et luna & quinq; planetæ in plenis constituantur partibus. Qui eni unam stellam in plenis habuerint partibꝰ erũt mediocres. qui uero duas ad oia genera fœlicitatis accedunt. qui tres ultra modũ percipient fœlicitatis multiplex ornamentũ.qui quattuor ad potẽtiam regiæ fœlicitatis accedẽt. Vltra hũc numerum in nullis genituris planetas stellæ possident partes. Hæc Iulius ibidem. Ex his igit' uerbis Iulii firmici patet ꝙ partes plenæ siue gradus pleni in natiuitatibus magnũ significãt fortuniũ & magnũ boniũ.uacui uero econtra significant magnũ infortuniũ & multũ malũ.& sicut est in natiuitatibus sic est in oibus aliis inceptionibus accidentiũ mundi siue in omnibus accidentibus mũdi uidelicet ꝙ gradus pleni significant fortuniũ & bonũ:uacui econtra significant infortunium & malum. Et secundũ Rogerium Frfordensem in suo introduc.fortitudo planetæ est ut sit i gradu plena:& debilitas ei accidit si fuerit in gradu uacuo.Et finitur hoc capitulũ de naturis & qualitatibus graduũ zodiaci.

¶ Capitulũ quintũ de dignitatibus essentialibus planetarum.

Am uolo loqui de dignitatibus plãrũ tam essentialibus q̃ accidẽtalibus Sed in ca. primo determinare uolo de dignitatibꝰ planetaꝝ essentialibꝰ & postmodũ de eoꝝ dignitatibꝰ accidẽtalibus. Dignitates uero plaꝝ essentiales prout dicunt astrologi sunt domꝰ exaltatio triplicitas terminus & facies. Primo ergo dicẽdũ ẽ de domibus planetaꝝ. Dicit itaq; ptole. 1. quadripartiti. ca. 18 ꝙ ex signis. 12. duo sunt septentrionalia, illa s. quæ loco zenith nostrorũ capitum sunt uiciniora & hac de cã generant calorẽ quæ sunt cancer & leo duobꝰ maximis digniorib' q; luminaribꝰ ꝓ domibus sunt attributa: & leonis signum quod ẽ masculinum solis domũ posuerunt. Cancrum uero qui est signum femininum lunæ domum constituerunt. Ideoq; circuli medietatẽ quæ est a leone usq; ad capricornum solarem nuncupauerunt aliam uero medietatẽ quæ ab aquario usq; ad cancrum lunarẽ appellauerũt. Et qa saturnus naturaliter est frigidus & calori contrariꝰ & eius sphera ẽ altior & remotior a luminaribus ei duo signa capricornũ & aquariũ quæ sunt i oppositione cancri & leonis assignauerũt: ob hoc. s. ꝙ hæc duo signa capricornus & aquarius frigida sunt & hiemalia: hæc ptolemeus ibidem. Et dicit hali ibidẽ ꝙ quia hæc duo signa domibus luminarium sunt opposita & luminaria omnem generationem faciunt & crementum rerum: oportuit ꝙ hæc duo signa facerẽt corruptionẽ & minutionẽ talẽ qualis operi saturni conuenit: unde hac ratione dederunt saturno pro domibus capricornũ & aquarium quæ ex natura sua sunt contraria naturæ luminarium. Et quia capricornus est hiemalis & silr saturnus: & aquarius quia est in medietate lunari oportuit esse humidum: & pro temperando magnam frigiditatem saturni est calidus. Et propter hoc dicit dorotheꝰ ꝙ sapientes antiqui dicebant ꝙ saturnus melius operatur in aquario q̃ in capricorno & magis gaudet i eo quia calor & humiditas aquarii multũ de magno frigore & siccitate ipsius saturni aufert. Saturnus etiam humectat aliquando per accidens aliquando. Similiter quia saturnus est masculinus & diurnus magis sibi conuenit aquarius q̃ capricornus: hæc ibidem hali. Ex his uerbis hali & dorothei patet ꝙ illi duo uolunt asserere ꝙ aquarius sit domicilium saturni principale & non capricornus: tamen alii astrologi tenent contrarium sicut li ncomẽ, & alii moderni: & eo ꝙ capricornus est frigidus & siccus quẽadmodum est saturnus frigidus & siccus: sed sic non est aquarius quare &c. Et dicit ptolemeus ubi supra ꝙ iuppiter est complexiõis temperate & sub saturni sphera fertur. duo signa quæ sunt circa aquarium & capricornum quæ sunt sagictarius & pisces ei sunt attributa: eo ꝙ uentos ꝓcreant & res oriri compellunt: suntq; a domibus luminariũ in longitudine trina quæ est longitudo concordiæ & fortunii: hæc ptolemeus. Et dicit ibidem ẽt hali ꝙ quia sagictarius est adcordatus cum natura solis Iuppiter habet in eo participationẽ cũ sole: & silr quia pisces cõcordãt cũ natura lunæ Iuppiter habet in eo signo participationem cum luna. Et dicit dorotheus ꝙ iuppiter magis gaudet in sagictario q̃ in piscibus: quia iuppiter est masculinus & diurnus tendens magis ad naturam solis: & sagictarius est huiusmodi naturæ: hæc hali. Ex his ergo patet ꝙ scd'm dorotheum sagictarius est principale domicilium iouis: pisces domicilium eius secundariũ: in hoc concordant alii. Et dicit ptole. ubi supra ꝙ mars naturaliter desiccat & eiꝰ sphera sub iouis sphera uoluit & ideo signa duo tenẽtia se cũ duobꝰ iouis hospicis: ei dederũt antiqui quæ sunt aries & scorpius: quorũ longitudo a luminariũ domibꝰ est tetragona sicut caliditati dẽstructorie & cõtradictorie cõuenit quæ naturæ martis assimilat': hæc ptolemeꝰ: & hali ibidẽ qa scorpius est contrarius domui solis conuenit ut sit frigidus & humidꝰ ꝓ minuendo dãnũ siccitatis martis. & hac eadẽ rõne est mars nocturnus: similiter aries quia est contrarius domui lunæ conuenit etiam ut sit calidus, & siccus. Et propter hoc dicit dorotheꝰ ꝙ mars gaudet in scorpione magis q̃ in ariete quia est nocturnus sicut & ipse & eius natura temperat' i eo: hæc hali. Et sic uidet' scd'm hali & dorotheũ ꝙ scorpiꝰ est domus martis pricipalis & aries secũdaria & hoc dicunt alii & sic sunt scd'm hali. Et dicit ptolemeus ubi supra ꝙ ueneris sphera quia est cõplexionis est temperate & sub martis sphera circũuoluitur cum duobus signis quæ martis sunt habitacula eius domicilia se tenent eo ꝙ res oriri faciunt & sunt taurus & libra quarum lõgitudo a domibus luminariũ est sextilis quæ est longitudo similitudinis & cõuenientiæ. Et quia etiã uenꝰ nũq̃ elongatur a sole in aliqua duarum partium plusq̃ in duobus signis: hæc ptolemeus. Et dicit hali ꝙ uenus temperata ẽ conuenit ut domos habeat cũ domibus luminariũ concordante. Similiter qa libra est signum equinoctii cum animalibus uegetabilibꝰ & omni generatione concordat. Similiter quia taurus est signum in quo tempus ueris confirmatur: conueniens est his quæ diximꝰ: & hac ratione conuenit ut duæ domus ueneris sint, taurus & libra propter concordantiã quæ est inter ea & duo lumiaria conuenit etiã ꝙ libra sit masculina calida & diurna sicut ad solem pertinet & ꝙ taurus sit femininus & nocturnus & frigidus sicut ad lunam pertinet. Et dicit dorotheus ꝙ uenus gaudet in tauro magis q̃ in libra propter cõcordantiam quam habet cum natura lunæ scd'm

ali. Patet ergo scd'm hali & dorotheum ꝙ taurus sit pricipalis domꝰ ueneris & libra domꝰ eiꝰ scd'a. Tñ lincó. in tractatu suo de tẽperie aeris & plẽs alii preposuerunt libram eo ꝙ plus cõuenit naturæ ueneris quia est signum calidum & humidum: & uenus est calida & humida prout dicit dorotheus: sed taurus signum est frigidum & siccum & minus conueniens naturæ ipsius ueneris quare. Et dicit ptole. ubi supra ꝙ mercurius in neutra duarum partium a sole nũꝙ̃ per unius signi spacium elongatur: & quia iferior est aliis planetis data sũt ei duo signa residua quæ cũ a locis luminarium locãtur & sunt gemini & uirgo hæc ptole. ibidem. Et cõuenit dicit haly ut domꝰ mercurii sint medianæ inter fortunã & infortunam. Et inter concordantiam & discordantiam: qa signum geminorum non ẽ concordãtia cũ capricorno qm̃ se non aspiciunt sed concordat cum leone aspectu sextili. Similiter signum uirginis non habet concordantiã cum leone quia se nõ aspiciũt: & propter hoc nõ est uirgo contrariæ naturæ solis & gemini contrariæ naturæ lunæ. Vnde dicit dorotheus ꝙ mercurius in uirgine gaudet magis ꝙ̃ in geminis propter cõtrarietatem uirginis cum natura solis quia sol semper est firmus i statu suo & mercurius nõ: hæc haly. Ex prædictis ergo patet recolligendo ꝙ domus solis ẽ leo. sed lunæ domus ẽ cancer. Saturni domicilium principale est scd'm haly & dorotheum aquariꝰ & secundarium eius domiciliũ est capricornus. Sed scd'm lincó. i tractatu suo de temperie aeris & scd'm plures astrologos modernos domiciliũ principale saturni est capricornus & secũdarium siue accidentale est aquarius. Iouis uero domicilium principale est sagittariꝰ & scd'arium pisces. Martis uero domicilium pricipale ẽ scorpiꝰ & scd'arium eius domiciliũ est aries. Veneris domicilium principale scd'm hali & dorotheum est taurus & secundariũ libra Er scd'm lincó. & alios modernos libra est domus ueneris prĩcipalis & taurus scd'aria. Mercurii uero domicilium principale scd'm omnes est uirgo scd'ariũ uero domicilium est signũ geminorũ. Vnde uersus Cap. aq̃ saturno. sag pis. ioue. scor. aries. mars. libra. tau. ueneri mer. uir. ge. sol. leo. lu. can. hali eã. librã dat aq̃ capri. cũ dorotheo. Ex p̃dictis p3 ꝙ iuxta sententiã hali & dorothei & cõcordãt cum eis alchabitius & rogerius erfordensis in suis introductoriis in quibusdam prædictarum domorum planetæ dicunt̃ gaudere siue gratulari sicut saturnus in aquario. Iuppiter in sagittario: Mars in scorpione: uenus in tauro: mercurius in uirgine. Et duo luminaria in suis domiciliis gaudent prout dicit Rogerius erfordẽsis ubi supra: hæc ergo sunt gaudia planetarum scd'm astrologos. Ex p̃dictis patet quæ sunt domus planetarũ. Et scd'm sententiam astrologorum signa opposita prædictis domibus dicuntur eorum exilia in quibus cũ fuerint multum infortunãtur & debilitant̃. Vñ cum fuerint in suis domiciliis fortunãtur & fortificantur. Vnde quodcũq; signũ fuerit domus alicuius planetæ signum oppositum est eius exilium sicut cancer & leo sunt signa saturni tãq; opposita suis domibus quæ sunt capricornus & aquariꝰ & sic deinceps. ¶ Restat modo loqui de exaltationibus planetarum. Sed prio aduertendum est qd̃ quidã astrologi sicut iulius firmicus & lincó. & alii dicunt planetam maiorem dignitatem habere in exaltatione sua quam in domo sua. Dicit enim iuliꝰ firmicus libro. 2. c. 4. ꝙ altitudines siue exaltationes stellarũ singularũ sunt illę i quibus naturaliter q̃dã sublimitate & magitudie erigũt̃: & eorum deiectiões siue casus: sunt i quibꝰ cõstitute oppressi auctoritate sua & ptãte minuant̃. In altitudinibus gaudẽtes & cõstitute & tunc maxime feliciter decernunt in signis quotiens genituris hominum maxima illarum particularis altitudinis suæ signa possideant: tunc uero homines infeliciter infortuniis opprimuntur quotiens stellarum pars maxima in his constituta signis in quibus humili deiectione multum de sua ptãte dimittẽt. Vnde dicit iulius postmodum ꝙ nos scire debemus hãc institutionẽ fortunati oẽs stellas melius esse in altitudinibus suis ꝙ̃ in domiciliis: hæc iulius. Et linconien. simpliciter preponit exaltationem domui i tractatu. 2. de temperie aeris. Vnde dicit ipse ꝙ planeta existens in exaltatione assimilatur uiro existente in regno suo & in gl'a sua. Et planeta existens i domo sua cõparat̃ uero existẽte i dominatione sua. Et planeta existens in triplicitate sua est sicut uir i honore suo & inter auxiliatores. Et planeta existens in termino suo & sicut uir existens iter cognatos suos & genere suo. Et planeta existẽs in facie sua ẽ sicut uir in magisterio suo. Et in hac sententia similiter concordant plures alii astrologi. Item aduertendum est ꝙ ptolemeus primo q̃dripartiti ca. 19. dicit sic. Et quidam dixerũt ꝙ potentia domini triplicitatis sequitur potentiam domini domus & in hoc concordat dorotheꝰ: hæc ille. Oẽs tamen alii astrologi quorum libros ego uidi preponũt exaltationem triplicitati nec uideo aliquam bonam rationem quare dorotheꝰ & ptolemeus preponunt triplicitatẽ exaltationi. Et ptolemeus & albu. & alii multi astrologi preponunt domum exaltatõi. Vnde in ea parte plus credendum est eis ꝙ̃ iulio scilicet & lincon. Et similiter tenendo cum maiori parte astrologorum. s. ꝙ exaltatio debet preferri triplicitati qcq̃d dicãt ptolemeus & dorotheus pro ut mihi uidetur magis consonare ueritati. Patet ergo ꝙ rationabiliter in dignitatibus essentialibus planetarum domus debet preferri: deinde triplicitas: deinde terminꝰ: & postea facies: & hæc sententia maioris partis astrologorum. Vnde postquam locutus est de domo, Dicendum est nunc de exaltatiõe pro quo scien-

ctum est iuxta sententiam albu.5.maioris introdu
ctorij differentia.5.& iuxta sentẽtiã alchabi.differentia prima:& similiter iuxta sententiam maioris partis astrologorum.Saturnus exaltatur in
libra.s.in.21.gradu illius signi. Iuppiter exaltatur
in.15.gradu cancri.Mars uero in.28.gradu capricorni.Sol in.19.gradu arietis: uenus in.17.pis.mercurius in.15.uirginis. Luna quoqꝫ exaltatur in .3.
gradu tauri. Destructiões etiam planetarum eorũdẽ sunt in consimilibus gradibus atqꝫ minutis signorum suis exaltationibus oppositorum.Caput
uero draconis exaltatur in.3.gradu geminorum
& deprimitur in.3.gradu sagittarii. Cauda autẽ econtra: nec alibi habent quicqꝫ.Hoc patet iuxta sententiam albu.& alcha.& similiter iuxta sẽtentiam aliorum astrologorum.Et dicit albu.ubi
supra ꝙ hermes certissima ratione de exaltationibus planetarum tractauit sed de cã gra.exaltationum mentionem non fecit hæc albu.Sed prout
dicit albu.ubi supra differentia.7.ipse hermes posuit planetas omnes exaltari ex signis prædictis:
& uniuscuiusqꝫ planetæ exaltationem posuit esse
in.15.gra.signi sui:eo ꝙ maior fortitudo est planetæ ĩ medio signi sibi concordante.Et introductorium ptole.primo quadripartiti ca.2.dicit ꝙ
exaltatio saturni est in toto signo libræ & non tãtũ in una parte eius. Similiter exaltatio iouis ẽ in
toto signo cancri:& sic de ceteris.Ex hoc uidetur
ꝙ sit rationabile:nam nullam rationẽ uideo quare exaltatio planetæ esse debet in uno gradu tantũ
modo. Sed mihi uidetur ꝙ dictum hermetis sit
rationabile.s.ꝙ planetæ maior est fortitudo ĩ medio signi sibi concordantis: Vnde uidetur ꝙ rationabiliter sit tenendum tam pro parte cum hermete.s.dicendo ꝙ totum signum libræ est exaltatio saturni:& magis exaltatur ĩ medio libræ quã
in fine uel in principio eius:eo ꝙ ibidẽ existit maior fortitudo eius ut dicit hermes:& eodem modo totum signum cancri est exaltatio iouis magis
tamen exaltatur ĩ medio eius quam uersus finem
uel principium eius & sic deinceps. Et albu.5.maioris introductorii differentia.7.ponit rationes
ad confirmandum gradus exaltationum prius recitates: sed ut mihi uidetur eius rationes quas ibi
ponit sunt ualde debiles nec fundantur super fundamento solido: fundãtur eñi rationes suæ super
hoc scilicet ꝙ.15.gradus cãcri fuit ascendens ĩ prima creatione mundi & iõ ponebãt primũ gradũ
esse exaltationẽ iouis.Et scd'm ꝙ alii gradus exaltationũ prædicti aspiciebant ascendens ponunt
eos pro exaltatione aliorũ planetarũ prout magis
uidebatur sibi conuenire naturæ aspectus. Verbi
gratia ex quo ĩ prima mundi creatione fuit ascendẽs.15.gradus cancri.19.gra.arietis fuerat ĩ medio
cæli iõ conueniens fuit ut 19.arietis esset exaltatio
solis.Et propter consimiles rationes ponit albu.
residuos gradus prædictos esse exaltationes planetarũ aliorũ. Sed illud fundamentũ eius super
quo fundat rationes suas est ĩfirmũ ualde.s.ꝙ.15.
gradus cancri fuit ascendens in principio mundi.
Et si fuisset ille gradus.s.ascendens in uno horizõte siue in una parte terræ sic tamen nõ fuit in qualibet alia parte terræ sicut constat:nec est aliqua alia
ratio quare plus debẽt assignari exaltatiões oĩum
planetarũ per ascendens illius horizontis cuius.15.
gradus fuit ascendens q̃ per ascendens cuiuscũqꝫ
alterius horizontis.Et iõ nõ uides qualiter rationes albu.in ea parte debent cõcludere. Vnde nõ ĩuenio aliquam firmitatatem ĩ prædictis gradibus
exaltationum quos ponit albu.& alii astrologi.
Et iõ mihi uidetur ꝙ prædicta positio sumpta ex
positione ptole.et opi.hermetis sit magis rationabilis.Quare autẽ ptole.& alii assignant exaltationes planetarum ĩ prædictis & quoniam iam tibi
monstrabo.Dicit itaqꝫ ptole.primo quadripartiti ca.20.ꝙ sol cum in arietis signo fuerit ad altiorem circuli medietatem & septẽtrionalem mutabitur.Cũqꝫ libræ signum ĩgredietur ad ĩferiorem
circuli medietatem & meridionalem propriũ animaduertit:qua propter arietis signũ ĩ quo lõgitudo dierum eorum calor naturalis augmentum inchoat solis exaltationem posuerunt:libram uero
propter prædictarum occasionum contrarietates
eiusdem casum fore dixerũt hæc ptole.Et haly ibidem dicit ꝙ uirtus solis & uis sua magis in septentrione apparet.Et quando sol intrat arietem incipient dies longiores fieri & in populatione terræ
calor crescere naturalis & uadit ascendendo uersus augem suam.Et ideo posuerunt antiqui arietẽ
esse domum exaltationis ipsius & libram esse domum casus sui:quia tunc incipit nox longior fieri:calor quoqꝫ minuitur & frigus fortificatur ĩ populatione terræ:& uadit sol uersus depopulationem terræ & uersus depressionem suã quæ est opposita suæ augi:hæc haly. Et ptole.ibidem ꝙ elõgatio saturni a sole sit opposita elõgatio propriarum domorum est:ꝙ ubi crescit calor ibi minuitur
frigus & econtra : ergo libra signum pro exaltatione arietem nõ pro casu recepit:hæc ptole. Et
dicit haly ꝙ elongatio opposita uel est elongatio
corruptionis uel contrarietatis:& propter hoc ꝙ
ubi frigus incipit minuatur calor.s.in libra:& ꝙ
ipsa sit casus solis & exaltatio saturni:& ꝙ aries
sit casus saturni ita ꝙ tota natura solis fiat contraria naturæ saturni sicut iam posuerunt in omnibus
rebus. Et dicit ptole.ꝙ cum luna fuerit in ariete
iuncta soli qui est eius exaltatio:quoniã post hoc
prius apparebit in tauro in quo initium seu augmentum sui luminis erit quod est principium suæ
propria triplicitatis signum:& est eius principiũ
scd'm naturalitatẽ sitqꝫ exaltatio in tauro.In scorpione uero quæ est in illius opposito formatur designatur eius casus:hæc ptole.Et.Dicit hali ꝙ post
q̃ uirtus lunæ sequitur uirtutem solis & eius do/

mus sitetur cũ domo sua: conuenit etiã ut eius e-
xaltatio sit cũ sua exaltatione. Et dicit ptole. q
Iuppiter est auctor uentoꝝ septẽtrionaliũ qui res
oriri faciunt & qñ cũ i maiori declinatiõe septẽ-
trionali fuerit in sua latitudine quæ est in cancro
ipsius propria uis apparebit ibidẽ: uentos q; septẽ
trionales efficit. ei cancri signũ exaltationẽ & ca-
pricornum casum antiqui attribuunt hæc ptole.
Et dicit haly q cũ Iuppiter moratᷣ in cancro for
tificatᷣ multũ opus eius & uirtus eius ppria in fa-
ciendo nasci & crescere omnes res: nec est in fine
septẽtrionis signũ aliud nisi gemini & cancer: Et
gemini non pertinet ad eũ quia ẽ in opposito suæ
domus quæ est sagictarius & in .4. pis. Et cancer
cõuenit eis magis propter lunã: quia temperamẽ
tũ naturæ lunæ est cõueniens naturæ iouis. Et ma
gnus calor & siccitas leonis sibi nõ conuenit. Vn
de conuenit his omnibus rationibus ut exaltatio
iouis sit cancer: & eius casus capricornus hæc ha-
ly. Et dicit ptole. q mars quia est comburens &
maxime cum in capricorno fuerit: eo q eius decli
natio tunc est in parte meridionali in capricorno
iouis exaltationi contraria sublimatur siue exal-
tatur: cadit autem in cancro: hæc ptole. Et dicit
haly q pars meridiei quia est calida multum non
conuenit naturæ martis quia est comburens: natu
ra autem in hoc uoluit temperare naturam mar-
tis quia hæc pars depopulata ẽ: & qa natura mar
tis cõtraria ẽ naturæ iouis. Vnde his duab⁹ rõib⁹
cõuenit q exaltatio martis sit capricorn⁹ qui ẽ fi-
nis meridiei & quod eius casus sit cancer ut eius
natura sit naturæ iouis in omnibus modis contra
ria: hæc haly. Et dicit ptole. q postq̃ uenus natu
raliter humectat maxime aũt in signo piscium in
quo uen⁹ humectatur & principiũ appet hũidita
tis ueris: eiusq; uirtus naturaliter incipit crescere: i
piscibus exaltatᷣ & in uirgine cadit hæc ptole. Et
dicit haly quando uenus igreditur pisces. appet
propria uirtus eius quia naturaliter concordat cũ
piscibus quoniam est femininũ & nocturnum: &
in eo incipit temperata ueris humiditas appare-
re: & eius natura cõcondat cũ ioue quia est dom⁹
sua: & terminus eius exaltationis est domus lunæ
qui duo planetæ cũ ueneris natura concordant:
& hac ratione conuenit ut signũ pisciũ esset exal
tatio ueneris & uirgo casus quæ piscibus est cõtra
ria quoniã sicca est naturaliter: hæc haly. Itẽ di-
cit ptole. q mercurius desiccat per se: & in hoc est
contrarius ueneri & conuenit ut eius exaltatio
sit in signo uirginis in quo autumnus qui est sic-
cus icipit apparere cũ eis iteꝝ propria uis atq; uir
tus crescit: in uere contrariũ: est etiam mercurii ca
sus i signo pisciũ. Hæc ptole. Et dicit haly q mer
curius magis operatur in desiccando q̃ in hume-
ctando & magis cum satturno quã cum ioue con
cordat & cũ sole quam cum luna: quia duæ dom⁹
mercurii sunt bono aspectu cõcordes cum duab⁹
domibus saturni. Et sunt contrariæ illis iouis: Et
quia cursus eius est semper circa solẽ & uirtus eius
cõmiscetur cum una uirtute. Similiter quia autũ-
nus semper incipit in uirgine: & est siccus & quã-
doq; frigidus & quandoq; calidus scđꝫ naturam
mercurii. Et quia etiam fortitudo mercurii & ei⁹
opus paoprie apparet in uirgine. Et quia sol cum
fuerit in domo sua apparet in uespere quæ est i uir
gine & qui semper est ipsius mercurii domus: his
ergo rationibus conuenit ut uirgo sit eius exalta-
tio & piscis casus: hæc haly. Et hæc est tota sentẽ
tia ptole. & haly de exaltationibus planetarum.
¶ Iam restat loqui de triplicitatib⁹. Sũt aũt tripli
citates q̃ttuor prout prius dictum est i. 2. ra. huius
distinctionis & similiter eaꝝ triplicitatum natu-
ræ & qualitates in eodẽ ca. declarantur. Sed iã di
cam tibi qui planetæ ipsis dominẽtur. Prima au
tem triplicitas prout dictũ est constat ex ariete leo
ne & sagictario quæ sũt signa masculina. Et scđm
ptole. 2. quadripartiti ca. 19. hæc signa sunt solis io
uis & martis domicilia. Vnde hanc triplicitatem
soli & ioui repulso marte dederunt: eo q mars
est alterius haiz q̃ sol: huius autem triplicitatis
primus dominus est in die sol: in nocte Iuppi-
ter hæc ptole. Ex his uerbis ptole. patet q ipse
excludit martem a dominio hui⁹ triplicitatis: sed
dicit haly ibidem q manifestũ est q ptole. ponit
q mars est particeps solis & iouis in gubernando
hanc triplicitatem. Et alii tenẽt q saturnus est par
ticeps quia crediderũt q hæc triplicitas sit orien-
talis: sed ptolemeus eam dicit esse septẽtrionalem
Verba autem ptolemei magis credenda sunt quia
ueniunt per experientias multas cum naturalibus
argumentis: hæc haly. Secũda uero triplicitas ex
tribus signis femininis. s. tauro uirgine & capricor-
no collecta prout dicit ptole. ubi supra lunæ & ue
neri assignantur quia sunt nocturne: quia est haiz
lunæ: istius uero triplicitatis gubernator est de no
cte luna de die ueneris. Tertia uero triplicitas quæ
ex tribus signis masculinis. s. gemini libra & aqua
rio colligitur & scđm ptole. saturno & mercurio
attribuitur eo q in illa domus eorum habentur:
huius autem diurnus dominus est saturnus quoni
am est de haiz diei: nocturnus uero dominus cui⁹
est mercurius. Quartã uero triplicitatem faciunt
cancer scorpio & pisc. testatᷣ ergo ut ait ptole. q
marti donetᷣ & ut ipse in ipsa dñiũ exerceat: eo q
scorpio est ei⁹ domiciliũ. associantᷣ q; ei i dñio pp
haiz: & eo q hæc signa sũt feminina: i nocte qdẽ
luna: i die uero uen⁹: hæc est snĩa ptole. de dñis tri
plicitatũ. Sꝫ albu. i maiori itroductorio li. 5. dif.
14. & silr alcha. i itroducto. suo dif. pria & silr q̃si
oẽs astrologi quodãmõ cõtrariantᷣ ptole. in hac
materia. Dicunt eni q dñs priæ triplicitatis: q̃ est
masculina p diẽ prim⁹ ẽ sol deide Iuppiter: & in
nocte prim⁹ dñs Iuppiter: deide sol: saturno i die
& nocte illis cõsociãte. 2. uero triplicitatꝫ q̃ ẽ femi

prim⁹ dñs ē uen⁹ p dié & postea luna & in nocte ecótra: marte illis per dié & noctem participāte. Tertiæ uero triplicitatis quia é masculina primus dominus est saturnus de die: & postea est mercurius: sed in nocte econtra. Ioue illis per diem & nocte communicāte. Quartæ triplicitatis quia est feminía domin⁹ primus per diem est uenus: postea luna: & in nocte econuerso cum participatiōe lunæ in die & nocte. Et hæc est sententia albu. & hali aben. & similiter maioris partis astrologorum de dominis triplicitatum. Sed ptole. in parte discordat ab eis, unde euersus. Pria diur. solé noc. io. da partici. satur. Altera dat ueneré die noc. lu. participat. Mars tertia dat satur. die noc. mer. participat iup. Quarta diur. ueñré noc. mars é ps quoq; luna. Et hæc dicta sufficiát de triplicitatib⁹ plaṇæ.

℃ Restat ergo loqui de terminis planetarum. Dicit itaq; ptole. 1. quadripartiti. ca. 21. ꝙ termiorũ duo sunt modi: quoꝝ unus est sc̄d̄; egiptiacos: alter sc̄d̄m chaldeos. Et qui sc̄d̄m egiptiacos ponit̃ maxie a domoꝝ dñis accipitur. Chaldeoruꝫ aũt terminoꝝ modus a dñis triplicitatũ accipit̃: sed de terminis chaldeoꝝ nō utēdo hic loqui sed tm̄ de terminis egiptioꝝ & de terminis ptole. nā egiptioꝝ termini a maiori cōitate astrologorum approbant̃. ptole. ét multũ approbat terminos illos. Et iō solũ de istis duob⁹ modis terminoꝝ itēdo hic determinare. Dicit pto. ubi supra ꝙ mod⁹ egipti⁹ terminoꝝ nō semp est in ordinib⁹ dñorũ dom⁹: nec in uniuscuiusq; terminoꝝ quãtitatibus illud quod pro radice é positũ generaliter ĩ terminoꝝ modis ueraciter imitat̃. Nā egiptii primo ĩ ordine quãdoq; domoꝝ dñis qñq; triplicitatum qñq; uero exaltatōnũ dñis attribuũt: ut ĩ libra nō a uenere sed a saturno: in ariete uero non a marte sed a ioue inceperũt. Si dños auté triplicitatũ non alios secuti sũt cur a capricorno & nō a uenere sũpserunt exordiũ. Ité si dños exaltationũ & non alios secuti sunt cur ĩ cancro & a marte & nō a ioue initiauerũt. Rursus si ĩ his cũ terminis nō sequebant̃ nisi pl̃as quoꝝ ples sint prædictoꝝ dignitatũ fortitudĩes cur ĩ aquario pricipiũ fecerũt a mercurio: q̄a solũ hēt ĩ eo triplicitatē: & nō a saturno q̄ domũ atq; triplicitatē ibi possidet. in capricorno ét a mercurio q̄ nullá hēt dignitatē ibi inceperunt. Reliquorũ uero terminoꝝ ordo ad hũc modũ refert̃ siue p hũc modũ repert̃. In quãtitatib⁹ terminorũ nullũ ordiné obseruare uident̃. Nam in hoꝝ oĩum terminoꝝ nũero q̄ unicuiq; pl̃aniꝫ collr̃ quã ét multi cũ nũero annoꝝ pl̃e eiusdé quãtitatis eé denunciãt nulla est rō quæ sc̄d̄m numeꝝ hunc sit ex terminis collectũ. uitæ quantitaté esse probet: ac si dixerimus & cōcessim⁹ ꝙ qui ĩde colligit̃. uerior sit numerus aut egiptius affirmat̃ in eisdé forsitan numer⁹ colligi possēt licet terminorũ quãtitates multis uariisq; modis uarient̃. s. ab eo mō qui ponit̃ ab egiptiis: hæc ptol̃ ibidé. Per has ergo rōes & pl̃es alios redarguit ptol. termĩos egiptioꝝ: sed ĩ fine pdicti ca. dicit ptol. sic: at istorũ duoꝝ modoꝝ. s. chaldeoꝝ & egiptioꝝ mod⁹ egiptioꝝ magis ueritati cōcordat. Et albu. 5. maioris itroductorii. dif. 8. dicit sic. Inuenim⁹ tũ antiquos exercuisse terminos egiptioꝝ maxie ĩ iudicis astrologoꝝ: iō q̄a sũt certiores & iō q̄a gradus termĩoꝝ uniuscuiusq; pl̃e ɔcordat cũ suis ãnis maiorib⁹: hæc albu. Hic ergo patet ꝙ termini egiptiorũ a pl̃ib⁹ astrologis sunt approbati. Et patent hi termini in tabula sequenti.

℃ Tabula continens terminos egiptiorum.

♈	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
♉	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
♊	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
♋	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
♌	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
♍	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
♎	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
♏	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6
♐	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4
♑	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
♒	☿	7	♀	6	♃	7	♂	4	♄	5
♓	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

Cū ergo fuerit planeta in primo gradu arietis erit de pla qui fuerit in ultimo gradu pisciuꝫ & ipse ei coniunctione naturali coniungitur. Et cuꝫ fuerit planeta infra.10.gra.arietis erit iens ad coniūctionem per naturam gradus planetæ qui fiunt in.10. gra.pisciū donec.10.gra.compleat. Et iterū perficietur eius coniunctio per naturam gra.planete q est in.20.gra.pisci.per concordantiaꝫ graduū eorum in ascensionibus cum fuerit in.11.gradu arietis iam separatus est a natura planetæ qui erat i eodem gradu & erit coniunctio per naturam planetæ qui est in pis.minus.20.gra.donec sit planeta q est in fine arietis in natura planetæ quæ est in initio piscium. & ille qui est in initio tauri in.11.gradu quæ est in fine aquarii: & planetæ quæ ē initio geminoꝝ in.11 gradu planetæ qui est in fine capricorni.cūq;.12.gra.transierit iā separatus est ab eo & efficitur i natura planetæ qui est minus.18.gra. in capricorno: & planeta qui ē i fine geminorum erit in natura plæ q est in initio capricorni: & planeta qui est in initio cancri i natura plæ qui ē in fine sagictarii. Et planeta qui est in initio uirginis i natura planetæ qui fuerit in fine libræ. Secundus autē modus est ex gradu signorū in horis diei concordantiū quia planeta qui fuerit in ultimo gradu geminoꝝ erit in fortitudine planetæ qui fuerit in primo gradu cancri & qui i.12.gradu geminorum extiterit erit in fortitudine gra.planetæ q fuerit in.18.gradu cancri. Et planeta qui fuerit in initio geminorū erit in fortitudine gra.planetæ qui fuerit in fine cancri. Et ille qui fuerit i initio leonis erit in fortitudine gra.qui fuerit in fine tauri. Et q in fine arietis in fortitudine gradus planetæ q fuerit in initio uirginis. Et sic de omnibus aliis signis concordantibus in hora diei. Nam omnia hæc p dicta dicit albuma.ob hoc eueniunt quoniam isti gradus in longitudine horarum dierum simul cōueniunt. coniungitur igitur planeta per gradus q fuerint in geminis planetæ qui fuerit in capricorno: uel qui fuerint in initio sagictarii cum illo qui fuerit in cancro. & qui in ariete fuerit illi qui i uirgine extiterit: & qui in libra fuerit illi qui in pisci. extiterit: & hæc coniunctio nocatur naturalis oppositio: similiter qui fuerit in geminis coniungitur illi qui fuerit in tauro. Et qui fuerit in uirgine illi qui fuerit in libra & sic de aliis. Et hæc coniunctio dicitur sextilis naturalis. Et hæc sunt dicta albuma.de coniūctionib⁹ planetarū. ℭ Separatio uero eoꝝ patet per prædicta.nā cuꝫ planeta leuis recesserit a coniūctione eius cū tardiori dicit tūc separatio siue fuerit coniūctio lōgitudinis siue cōiunctio latitudinis siue coniunctio eoꝝ in uno si siue p opponē siue p aspectū. Vn quot modis dicitur cōiūctio tot modis dicit sepatio a cōiūctōe put satis dictū ē pri⁹. ℭ Sꝫ scđm alcha. & albu. ubi supra & silr scđm alios si separet unus pla ab altero & nulli alteri iungat q̄ diu i eodē signo fuerit dicit uacuus cursu. ℭ Feralitas uero plaꝝ put

dicit alcha. & albu. est ut pla fit in aliquo signo & non aspiciat eū alter planeta omnino cū ita fuerit uocatur feralis & hoc sæpe lunæ accidit. Ponitur q; eius cōiunctio tūc cū dn̄is alioꝝ terminoꝝ i qb⁹ fuerit: quā diu ergo fuerit i termino alicu⁹ pl̄æ putat̄ iūgi dn̄o termini eiusdē: cūq; ab eo ad aliū terminū exierit separat̄ ab eo & iūgitur dn̄o illi⁹ termini ad quem mutatur: & forte hic erit modus cōiunctionis & separationis in planeta q fuerit eur sui uacuus.

℄ Translatio quoq; luminis fit duobus modis secundū albu. & alchabi. Vno modo ut separet̄ leuis planeta a ponderoso & alteri iungatur: & tūc naturam eius a quo separetur transfert ad illū cui iungitur. Secundo modo ut iungatur planeta leuis planetæ se ponderosiori: & ille ponderosus alteri adhuc planetæ iungatur: tunc transferat planeta ponderosus naturam leuis ad eum cui iungitur. Et dicit auctor libri nouem iudicum in ca. de hitudinib⁹ planetarū q est alia secundū alchabi. trāslationis species cū uidelicet alia inter utrunq; mediatrix extiterit grauior inquam ut supra dictum ē leuioris & leuiorꝗ grauiori ea tñ graui certo graduum numerorū & a leui totidem dum grauis & leuis ullū stellarum respectus locum obtineant & hæc quasi applicationis maxim⁹ translationis modus appellatur. ℄ Collectio quoq; luminis ut dicit albu. est ut iungatur uni planetæ. secūdo ut plures: colligatq; eoruꝫ lumina & recipiat eorum naturam. ℄ Redditus autem luminis secundū albu. et alchabi. duobus fit modis. Vno modo ut si unus planeta uel duo quæ fuerint significatores nō iungatur unus eorum socio suo nec se aspiciant sed aspiciant aliquem planetaꝫ: aut iungatur ei: aspiciatq; ipse planeta quem aspiciant uel cui iungatur aliquem locum cæli & ibidem ducit lumen ipsoꝝ ad locum quem aspicit. Secundo ut sit dominus ascendentis & dominus significatoris & ut se aspiciant aut sint separati: q si transtulerit inter eos lumen aliquis planeta reddit lumen unius eoruꝫ ad alterū. ℄ Prohibitio fit duobus modis prout ipsimet dicunt. Vno modo .s. ex coniunctione hoc ē ut sint tres planetæ in uno signo in diuersis gradibus fueritq; ponderosior plus gradibus: tunc ille qui est medius prohibet exteriorem illum .s. qui ē minus gradib⁹ & ne iungatur pōderosiori donec transeat eum. Et secunda prohibitō est ex aspectu hoc est ut sint duo planetæ in uno signo: & sit leuis iunctus ponderoso & alter planeta iungit̄ eidem planetæ ponderoso per aspectum. ille ergo q fuerit in uno signo cum eo prohibet aspicientem & destruit coniunctionem eius si fuerint eoꝝ gradus equales. Si uero fuerint gradus aspicientes ꝓpinquiores coniunctioni q̄ gra. illius qui ei coniungitur erit coniunctio aspicientis quia iungitur ei ante coniunctionem alterius. ℄ Pulsatio uero naturæ secundū albu. & alchabi. uel dominum naturæ secundū auctorem libri nouem iudicum. & secundū albu. & alchabi. est ut iungantur duo planetæ domino signi in quo fuerit uel domino exaltationis uel domino termini eius uel domino triplicitatis uel domino faciei eius & pulsabit naturam eiusdē planetæ ad eum. Pulsatō fortitudinis secundū alchabi & albu. siue dominū planetæ & uirtutis secundū auctorem libri nouē iudicum est ut sit planeta in propria domo & in sua exaltatione in suo termino uel in sua triplicitate uel in facie sua & iungat̄ alteri planetæ & suam naturam pulset ad eū. Pulsatio utrarūq; naturarū secundū albu. fit duob⁹ modis. Vno modo ut sit planeta in signo in quo habeat aliquam dignitatem & iungatur alteri qui etiam in eodem signo dignitatem habeat ut uenus si iungeretur ioui in piscibus. Secundo mō ut planeta iungatur planetæ qui fuerit in suo haiz ut si planeta diurnus iungatur planetæ diurno uel nocturnus nocturno. Pulsatio dispositionis secundū albu. uel dominum consilii secundū auctoreꝫ libri nouem iudicum est ut planeta iungatur planetæ quacunq; coniunctione siue coniunctione in eodē signo siue coniunctione per aspectum pulsat per suam dispositionem ad eum q si fuerit ex sextili uel trino aspectu: fueritq; inter eos receptio erit ipsa pulsatio concordiæ & dilectionis: uel secundū auctorem libri nouem iudicum bonū sibi præstabit cōsilium. Si uero fuerit ex coniunctione ut dicit albu. & fuerit inter eos coniunctio erit etiā concordiæ & dilectionis. Sed si fuerit ecōuerso huius q̄ diximus erit pulsatio dispositionis absq; concordia uel dilectione. ℄ Reddit⁹ uero fit duob⁹ modis secundū albu. & alchab. Vno modo ut iungatur planeta planetæ sub radiis solis & non possit retineri quod recipit ab eo & sic reddit ei. Secūdo ut iungat̄ pl̄a pl̄æ retrogrado redditq; ei qd̄ recipit ab eo ꝓpter retrogradationē suā. Item forte erit reddit⁹ cū aptatione aut forte erit reddit⁹ ei cū detrimēto. Reddit⁹ uero cū aptatōe secundū eos fit trib⁹ modis. Vno mō ut sit planeta cui pulsatur recipiens pulsationem. Secundo modo ut sit cui pulsatur cursu directus & ad quem pulsatur combustus uel retrogradus uel etiam ambo sint in angulo uel in sequenti angulo. Tertio modo ut sit planeta combustus uel retrogradus cadens ab angulis illum .s. quem diximus receptorem & planetā pulsans in angulo aut in sequenti angulo. Cū uero res fuerit ita & receperit cadens uel combustus aut retrogradus dispositionem destruit rem: cum autem reddiderit receptor pulsanti & fuerit pulsans in loco optimo aptabit rem prius destructā. Redditus quoq; eius post destructionem ut dicit albuma. fit duobus modis. Vno modo ut sit pulsans cadens & cui iungitur retrogradus uel combustus sit in angulo uel sequēti angulū cū reddiderit pulsanti qd̄ recepit ab eo pp eē retrogradatōis uel eē cōbustiōis destruit̄ res postq̄ fuerit directa.

receptor cadētes uel cōbusti reddetq̄ ei ꝙ recipit ab eo ꝓpter esse retrogradationis illi⁹ aut esse illi⁹ sub radiis destructa eius dispositione & non poterit pulsans cum eadem res proficisci iterum significat ꝙ eidem rei non sit initium nec finis: hæc albumazar.

ℭ Refrenatio ut dicit albumazar.& alchabi est ut planeta iungatur alteri sed anteq̄ ueniat ad eū; retrogradabitur ipse ab eo & anihilabitur eius cōiunctio. ℭ Accidentalis euentus secūdm albu. siue contrarietas secūdm alchabi. & ut sit planeta leuis multorum graduum in signo & alter ponderosior illo & minus gradibus. Tertius uero leuior ꝓdicto leuiori uolens iungi eidem ponderosiori: sed anteq̄ iungatur ei fit retrogradus: ille leuior q habet plures gradus & iungitur eidem ponderosiori & transiens illum fit coniunctio eius cū tertio qui leuior est & leuior coniungitur retrogrado se ponderosiori & non cum alio ponderoso: & sic destruitur coniunctio illius prioris cū ponderoso ℭ Euasio uel frustratio secūdm albuma.& alchabi.est ut sit planeta iens ad coniunctionē alterius planetæ sed anteq̄ ad eum perueniat mutabitur ille cui iungebatur ad signum alterius & est planeta alius in paucis gradibus aspiciens ipsum signum & erunt radii eius in initio signi. Cumq; exierit sequens planeta de signo primo iunget' isti aspicienti & iā ānullat' cōiunctio quam habuit cū alio scilicet prio. ℭ Abscisio luminis secūdm quosdam est tribus modis. Vno modo ut aliquis planeta petens coniunctionem alterius fuerit in signo secundo a signo illius cui iungitur alter planeta: sed anteq̄ iungatur ei prius fit ille qui est in signo secundo retrogradus: coniungiturq; ei & abscindit lumen eius a planeta qui uolebat ei coniūgi. Secūdus modus est ut si planeta leuis petit cōiunctionem planetæ ponderosiori & anteq̄ perueniat planeta leuis iungatur ille ponderosior alteri se ponderosiori & transeat eū & abscidat lumen eius a planeta primo leuiori. Tertius modus est ut iungatur planeta planetæ qui sit domin⁹ rei aut iungatur ei planeta qui transferat lumen eius ad alium planetam qui non sit dominus rei.

ℭ Largitio uel retributio secūdm albuma. est ut sit planeta in puteo aut in sua descensione & iungatur ei planeta uel iungatur ipse sibi planetæ amico uel domino suæ triplicitatis aut alicui eorum qui habeant dignitatem in signo aut erit pulsanti aut recipienti testimonium in suo signo tūc mutabit' & educet eū de puteo uel de sua descensione & eius erit debitor donec cadat ipse planeta qui largitus est in puteum aut in suam descensionē aut iungatur unus eorum alteri: educetq; eū de puteo aut de sua descensione: & erit quasi iam retribuens ei suam largitudinem & quasi seruans sibi fidem super hoc: & forte uocabitur dominus exaltationis signi planetæ dominus largitionis eius.

ℭ Receptio secūdm albu. zael & auctorem libri.9 iudicum est eum planeta iungitur planetæ a domo sua uel exaltatione sua uel triplicitate uel facie uel termino uel recipiat eum: & sit receptor coniūctionis in domo pulsantis uel in ceteris dignitatibus eius quas prediximus: & fortior his erit dominus domus deinde domus exaltationis. Et secundum zael quando planeta iungitur planetæ a domo sua & exaltatione sua tunc recipit eū bono animo & perfecta receptione. Verbi gratia ut sit luna in ariete existens iungetur marti qui est dominus arietis: tunc recipit eam mars quia est i domo eius: aut si luna iungeretur soli in ariete qui est dominus exaltationis suæ: aut esset in tauro iungeretur ueneri aut in geminis & iungeretur mercurio Et dicit zael est alia receptio infra istam & est minor illa. s. quando planeta iungitur planetæ domino triplicitatis ipsius uel domino termini & faciei. i. quando iungitur planetæ qui habeat in loco suo de his minoribus dignitatibus duo uel plures & tunc ē uera receptio. Si uero unā tantū modo habuerit non erit receptio. i. secūdm albu. erit receptio debilis nisi iungantur duabus dignitatib⁹: quia tunc erit perfecta receptio. Item dicit albu. ꝙ planetæ recipiunt se per aspectum absq; coniūctione: sed receptio coniunctionis est fortior: cū; fuerit igitur unusquisq; planetarū in trino uel in sextili aspectu alterius: uel in duobus signis quorū diei longitudo fuerit una: aut in duobus signis q̄ fuerint unius planetæ: recipit unusquisq; socium suū per concordiā naturæ horū signorū ad inuicē propter temperamentum nature eorū. Similiter mars & saturnus se inuicem recipiunt a coniūctōne uel sextili aut trino aspectu: hæc albu. Itē zael in suo introductorio ubi supra dicit ꝙ si luna in hac similitudine fuerit iūcta alicui planetæ & ipse planeta iunctus fuerit alieni domino domus in q̄ est luna aut eius exaltationis erit tūc luna recepta. Et si fuerit luna uacua cursu & post hoc transierit ad aliud signū & coniuncta fuerit dño primi signi aut domino exaltatiōis eius erit luna recepta. Et si iuncta fuerit planetæ qui non fuerit domin⁹ primi signi aut dominus exaltationis eius impediet eum: hæc zael. Et dicit albu. ꝙ receptio quædam est fortis quædam media: & quædam minor siue debilis. Receptio uero fortis sepius fit a sole' i lunam quia recipit eam ex omnib⁹ signis eo ꝙ fit lumē illius ex illo sed receptio istius ex oppositione' est horribilis: cum autem fuerit coniunctio in illo signo i quo ipse habuit dignitatem erunt duæ receptiones. Receptio. s. naturæ & receptio signi. Mercurius quoq; cum recipit planetam in uirgine erit receptio fortis quia ibi eius est domus & exaltatio. Receptio uero media est receptio planetaꝝ ad iuicē ex domib⁹ & exaltatione & termio

aut triplicitate aut facie. si eum duobus de his uel plũ cõueniat & unusquisq; eoruz receperit sociũ suũ erit receptio fortis. Caetera autem quae diximus ut separatio cursus & huiusmodi sunt infra has receptiões & debiles esse existimamus: haec albumazar. Et dicit auctor libri nouem iudicum ubi supra ꝙ sc̃dm alchabitium receptio quattuor modis fieri ꝓhibet. Primo quidẽ dum alter alterius domũ uicissim & amice occupat: domũ dico ꝙ uterq; assumit quem praecipue diligit: & cui maxime congaudet quasi cum familia & filiis atq; pecunia ad alterum tendet. Nihilominus quidem in utriusq; regno aut in alterius dignitatis loco hoc idem accidere potest. efficacius tamen in domo aut in regno: secundario quidem in termino trinario aut facie. Aliud recte receptiõis genus est cum alter alterius puteum inhabitat & quasi innitens & excogitans uterq; quae sibi ad inuicẽ adminiculari ualeant: unde amicorum uitam gerere uideantur. Quae quidem receptionis species ẽ eũ stella applicans in propria domo siue conferens ea cui confert similiter suam obtineat. Et igitur omnia quae sibi inuicem subuenire & propria adminiculari gloria atq; auxilio nituntur. Horum itaq; dicũt applicationes & cui applicant inuicez subuenire & mutuum ferre auxilium. Alia demũ receptio similiter est cum uterq; in applicantis dignitate conueniat. Optima ergo omniũ receptio est de trigono. Tetragonalis nanq; tardat & proprietatem differt. Exagonalis quidẽ trigonali ẽ similis aliquanto tamen debilior. Oppositionis uero respectus aduersitatem expressam inducit. Cõuent⁹ quoq; in uno tantum praenominatae receptionis genere accidere potest: impossibile ẽ enim utranq; stellam & eundem gradum du; alter alterius domum possideat obtinere: possunt tamen in eodem subsistere gradu & uterq; alterius dignitatem quãlibet peragrari: haec ibidem. Et zael in suo introductorio supra sic dicit. Loca ĩ quibus nõ fit uera receptio nec cõiũctio sũt haec: cũ luna scilicet aut dominus ascendentis iunctus fuerit planetae qui non habeat in loco lunae uel domini ascendentis testimonium id est aliquam dignitatem: tunc non cognoscit eum nec recipit. Similiter si iuncta fuerit luna aut dominus ascendentis planetae in descendente sua erit, quasi qui uenit ad eum de domo inimicorum suorum & non recipit eum nec diligit. Cuius exemplum est ut sit luna in ariete & iungatur saturno: aut in cancro cõiungatur marti: aut in uirgine & iungatur ueneri: aut in libra & iungatur soli: & si aliquis significator fuerit in descensione sua id est in domo, ubi cadit & iunctus fuerit planetae qui non habeat in loco eius significatores preter domum scilicet uel exaltationem: habebit eũ pro nihilo ac si alicui querenti daretur uestimentum incognitum. Et si fuerit planeta iunctus alteri planetae ĩ descẽsione sua aut ascendit ipse planeta pulsans facit eum descendere & minuit quod cõueniet ei ex hoc: haec zael.

Accessus uero planetae prout dicit auctor libri nouem iudicum est quotiens in cardine siue post cardinem decurrit. Recessus planetae est cum in remotis locis situat᷑. Sollicitudo ut dicit auctor nouẽ iudicu; ibidem est quotiens luna uel alia stella ita incedit ut nec respecta nec iuncta sit ab alia: & dicitur in hoc genere lunae corpus esse ociosũ.

Capitulũ octauum de fortitudinibus & debilitatibus planetarum.

Ostẽsũ in praecedentibus determinatum est de dignitatibus essentialibus & accidentalibus planetarum & eorũ habitudinibus ad inuicem. In hoc capitulo ultimo huius distinctionis uolo dicere fortitudines & debilitates planetarum: & uitia lunae siue defectus eius sc̃dm diuersos astrologos: & primo uolo ponere planetarum fortitudines. Planetarum igitur fortitudĩes siue fortunae ut potest extrahi ex sententiis albuma. & alchabi. zael & auctoris libri nouẽ iudicũ in suis introductoriis ubi supra sunt haec. Primo ut sint planetae in suis dignitatibus essentialibus .s. domo exaltatione &c. deinde ut sint in suis dignitatibus accidentalibus quas numeraui in cap. 5. huius distinctionis. Itẽ ut sint in bonis locis ab ascendente .s. in angulis uel in succedentibus angulorum. Item ut planeta sit in aspectu bonoruz. Itẽ ut mali sint cadentes ab eo. Item ut seperetur a bono .s. fortuna & iungetur fortunae: aut sit obsessus a fortunis uel eorũ radiis .s. ꝙ sit inter duas fortunas uel inter duos radios eorum. Item ut sit cum sole ĩ uno gradu tũc enim ut dicit zael fortunaꝝ augetur fortuna; & malorum augetur & confortatur malum. Item ut sit in bono aspectu a sole .s. trino uel sextili. Itẽ ut sit ĩ bono aspectu a luna & ipsa luna fuerit fortunata & felix aut celeri cursu incedens aut lumine crescens & corpore. Item ut sit planeta uelox cursu & augens lumine & motu. Item ut sit ĩ suo haiz hoc est sc̃dm albuma prout dictum est prius ut sit planeta masculinus in signo masculino in gradibus masculinis & in die super terram & in nocte sub terra: & planeta femininus in signo feminino & grad. femininis: & de die sub terra & de nocte supra terram. Lumiaria quoq; cum fuerint in dignitatibus fortunarum sunt quasi essent ĩ ꝓpriis dignitatibus: similiter quoq; sunt fortunae cũ fuerint ĩ dignitatib⁹ lũiariũ: haec albu. Itẽ accidit fortitudo plae ut sit ĩ suo gaudio. Itẽ ut sit ĩ gradu

lucido. Item ut ascendens sit in septentrione uel
septentrionalis. Itez ut sit ascendens i circulo sue
augis. Itē ut sit in statione secunda hoc est ut pla
dirigatur a retrogradatione in statione. Item ut
sit exiens de sub radiis solis. Item ut sit in signo fi
xo. Itē ut non iungatur stellæ cadenti ab ascendē
te aut ab aliquo angulo: aut nō iungatur stellæ exi
stente in descensione sua. Item ut sint tres supe/
riores orientales a sole. Et si a sextili eos respexe/
rit sol erit hoc illis adiuuamētū fortitudinis secūdm
quod dicūt alchabi. & albu. Item ut uenus mercuri
us & luna sint occidentales a sole. Et ut sint plane
tæ masculini i quartis masculinis ex parte ascēdē
dētis & medii cæli hoc ē a medio cæli usq; ad ascē
dēs & a q̄rta usq; ad septimā: & dicunt feminini
a septima in mediū cæli & ab ascendente in quar
tā. Et dicit alchabi. quod sol cū fuerit in quartis ma
sculinis aut in signis masculinis est fortis nisi sit in
libra quia ibidē cadit. Istæ ergo sunt fortitudies
planetarum secūdm uiā albu. alchabi. zael quoq; &
auctoris libri nouē iudiciū. Sed ptole. primo qua
dripartiti .ca. ultimo. ponit quasdam fortitudies
planetarū sic dicens. Manifestū est etiam quod omni
um planetarū uires inuestigandæ sunt ex eorū na
turis propriis & ex signis necnon & ex figuris q̄s
habent respectu solis & angulorum secūdm quod locu
ti sumus in omnibus istis rebus. i. prout dictuz est
prius in hac distinctione. cap. 5º. Et dicit ptole.
ulterius in horū autem uirium quantitate scire de
bemus quod cum planetæ fuerint orientales a sole &
eorum motus proprius augmentabitur erunt tūc
q̄i fortiores esse poterunt. Idē eis etiam contin/
git secūdm suorū horizontū. qualitatē fortitudo.
Nam cum in cæli medio fuerint uel cū ad cæli me
dium ascenderint erunt fortissimi: sed fortes dicū
tur cū non ex hac sed ex alia figura aliquaz habue
rint cū ascendente societatem. i. secūdm hali. cū fue/
rint in septima uel in tertia uel elongati a duobus
punctis æquinoctii tantum quantum elongatum
est ascendens. hæc autem est sententia ptolemei de
fortitudinibus planetarū.

Vnc restat loqui de eorum infortu
n nis seu debilitatibus secūdm opinio
nem albuma. alcha. zael. & aucto
ris libri nouem iudicium. Debili/
tates quoq; planetarum secūdm eos
sunt primo uidelicet ut sit planeta in contrario ab
eius dignitate suæ essentialis. s. in exilio uel depres
sione sua aut in dignitate essentiali alicuius infor/
tunæ puta domo uel termino. Item ut sit in con
trario suarum dignitatum accidentaliū. Item ut
sit cadens ab angulis uel in domo cadentis. Itez
ut sit in coniunctione malorū uel in oppositione
eorū aut in alio aspectu eorum. Itē ut sit inter eū
& infortunā uel radius eius minus termino plane
tæ. Item ut mali sint eleuati super eum a. 10ª. uel
11. uel ab eorum locis: & multo deterius dicit al/
cha. est si mali non receperint eū. Item cuz fue/
rit planeta obsessus inter duos malos: & secūdm al
bu. & alcha. ubi supra. Obsessio fit duobus mo/
dis. uno mō ut sit planeta in aliquo signo & cū eo
malus uel radii eius ante se & malus uel radii eius
post se: aut separetur a malo per cōiunctionē uel
per aspectum & iungatur tali modo alteri malo.
Secund⁹ modus obsessionis est ut sit planeta i ali/
qua signo & malus per corpus suū uel radii eius
sint in signo secundo ab eo: alter quoq; malus uel
eius radii i primo signo ab eo. Similiter de signis
dicitur quod sint obsessa quod si aspexerint fortuna uel
sol eundem planetam obsessum uel signum obses
sum a trino uel sextili aspectu fuerit inter eū & cō
iunctionem uel radios fortunæ uel solis minus
7. gra. soluetur ipsa malicia uel obsessio. Et simili/
ter ex hoc ut non sit planeta retrograd⁹ uel sub ra
diis solis combustus aut cadens ab ascendente. Et
si fuerit planeta uel signum obsessum ex fortunis
erit hoc ex fortitudinib⁹ dignioribus: hic albu. &
alcha. Itē ex debilitate malorū ē put dicit albu. &
concordat alcha. ut sint in eodē signo cū sole aut ī
opposito aut quarto aspectu illius: aut fuerint cū
capitibus eorum genzaar: uel eorū caudæ. aut fue
rint i capite uel i cauda dracōis: sintq; iter eos &
caput uel cauda. 12 gra. uel minus quia tunc erunt
iterū in nodo eorum & maxime est ex ifortunio
lunæ si fuerit a capite uel a cauda per. 12. gra. uel mi
nus: & sol tūc impeditur a capite uel cauda cū fue
rint inter ipsum & unūquodq; eorū. 4. grad. ante
uel retro. Itē ex debilitate planetæ est ut sit in ma
lo aspectu a sole & luna. Itez ut sit tardior cursu
& minutus lumie & in statione prima: & hoc est
quando stat ut retrogradus fiat. Item ut sit re/
trogradus & retrogradatio deterior est duorum
planetarū inferiorum & proprie dū cum sua re/
trogradatione comburantur. Item ut sit in con
trario suæ haiz .i. ut planeta masculinus sit i signo
& gradu feminino in die quoq; sub terra & i no/
cte supra terram: & ut planeta femininus sit econ
tra. Item ut sit in contrario sui gaudii. Itē ut sit
in gradu tenebroso. Itē ut planeta receptus rece
dat a recipiente. Item ut non sit receptus uel sepa
ratus a planeta qui eum recipiebat. Item ut sit de
scendens in meridie uel meridianus. Item ut sit
descendens in circulo augis suæ. Item ut sit sub
radiis combustus. Item ut iungatur planetæ ca/
denti ab ascendente uel ab aliquo angulo. Item
ut iungatur planetæ existenti in exilio suo aut sit ī
sua depressione. Item ut tres planetæ superiores
sint occidentales a sole aut ī quartis femininis nisi
sint in domo qua gaudēt. Debilitas quoq; trium
inferiorum est ut sint orientales a sole id est quan/
do apparent in mane aut sint in quartis masculi/
nis. Item magnum infortuniū & magna debilī/
tas plæ est cuiuscūq; & maxie lūæ ut sit i sua cōbu/
busta .s. 20. gradu libræ usq; ad tertium graduum

scorpionis. Et de hac uia combusta magis determinatum est in decima distinctione ca.9. Itē debilitas planetæ est ut iungat planetæ retrogrado aut cadēti ab angulo aut qualitercūq; impedito. Item ut sit in sua alienatione & eo grauius si fuerit uacuus & non aspexerit eum planeta fortuna. Item ut sit peregrinus & ante solem & generaliter debilitas planetæ est si in aliqua dignitate suarū essentialiū & accidentalium non fuerit sed in eius contrariis extiterit. Iste fortitudines & debilitates iam dictæ extractæ sunt ex sentētiis albu.7. maioris introductorii. differentia.5. & alchin.ī suo introductorio differentia tertia & ex sentētiis zael & auctoris libri.9. iudicum in suis introductoriis ubi loquūtur de hac materia. Sed secūdm ptol. primo quadripartiti ca. ultimo quandoq; minuitur motus planetarū occidentalesq; fuerint erunt tam debiles q̄ eē possūt: & gradatim etiam a fortitudine declinant secūdm eorū a cæli medio remotione: cum enim in ipso orientali puncto extiterint horizontis non erant ita fortes in occidentali uero minus. Cūq; sub terra fuerit ī oppositione medii cæli uel inter occidentem & augulum terræ minus ad hoc fortes existent: hæc ptolemeus.

❡ Restat mō loqui de uitiis & ipedimentis lunæ secūdm albu. zael & auctorem libri.9. iudicum. Primo ergo iuxta sententiam eorum impeditur luna cū fuerit eclipsata a sole: aut fuerit combusta a sole distans per.12. gra. ante uel retro & similiter infra totidē gradus ab eius replexione ante uel post.

Item cum fuerit cum malis aut mali eum aspexerint aut fuerit obsessa inter duos malos separata ab uno & iūcta alteri eorū. Et dicit auctor libri nouē iudicum ubi supra. q nouissimum lunæ uel cuiuscūq; alterius stellæ uel īfortunatum uidetur quotiens inter ambas īfortunas inclusa est ut.s. ab una recedat & alteri quoq; applicet necunius alterius stellæ interim lumen interueniat dū illi ambo ī casibus suis existant. Super omnia tandem hoc infortuniū inuenimus dicūt tamen notādum si ab uno separata gradibus infra.7. accedat alteri. Verbi gratia. Saturn9 ī.18. gra. arietis. Mars in.10. cancri luna uero ī.13. libræ de marte tetragono ad oppositionē saturni accedēs: hæc ille. Et dicit albu. ubi supra q impedimentū est lunæ cū fuerit. Et dicit albu. ut supra q ipedimētum est lunæ cum fuerit in.12. saturni uel martis. Item secūdm eos impeditur luna cum fuerit a capite uel cauda draconis in uno signo infra.12. gradus ab eis.

Item ut sit in.12. signo a domo sua.s. in geminis.

Item ut sit in uia combusta tunc.n. maxime impeditur. Item ut sit in.9. domo ab ascendente q est oppositū gaudio suo. Itē ut sit cadens ab angulis suis aut iūgatur planetæ cadenti ab angulo. Item ut sit in casu suo uel applicet planetæ existenti in casu suo. Item ut sit in fine signorum. Nam fines sūt termini malorū. Item ut sit meridiana descendens. Item ut sit cursu tardior ut.s. uadat minus cursu suo medio. Item. Et nota secūdm zael & auctorē libri.9. iudicum ut supra q luna in principio mensis dum.s. augmētatur est alida & tunc impeditur a marte si aspexerit eum a.4. signo uel a.7. quia mars est calidus & tunc non impeditur a saturno quia est frigidus: & cum fuerit minuta lumina.s. ī fine mensis & est luna frigida & tūc saturnus si aspexerit a.4. uel opposito impedit eam & non mars. Item saturnus in die & in initio mensis & in signis masculinis minus impedit lunam & in nocte & in fine mensis & ī signis femininis plus impedit. Nam mars uero econtra dominio hæc ille. Et sufficiūt hæc de ipedimentis lunæ hæc uero quæ dicta sunt in hac distinctione sufficiant ad propositum meum pro parte introductorii libri mei. Nam de partibus nihil ītendo loq eo q his se puto ualde firma. Sigificatiōes uero planetarum quæ sunt ad propositum meum ponuntur prius in distinctione quarta & quinta & similiter in capitulo.6. distinctionis.9. alias significationes planetarum quæ non sunt ad propositū meum inuenies in introductorio alchabicii differentia.2. & in.7. maioris introductorii albu. differentia.9. Et si uolueris operari per partes inspice albu.8. maioris introductorii & alchabicium.4. differentia ubi ipsi de ipsis pertractant satis diffuse. Et finitur hæc distinctio.12.

❡ Tractatus primus Sūmæ iudicialis astrologiæ de accidentibus mundi per regulas generales. Iohannis eschuide in ea arte iudiciali peritissimi uiri anglici finit.

¶ Tractatus secundus Sūmæ iudicialis astrologiæ de accidētibꝰ mūdi p regulas pticulares.i.de quolibet accñte p se Ioānis eschuide i ea arte iudicialis pitissimi uiri anglici incipit. Prohoemiū.

Sicut dicit Aristoteles.2° ethicorū.c.8. Sermones generales planiores particulares autē sunt ueriores. Pꝰ q̄ ergo in tractatu primo huiꝰ sūmæ iudicialis de accidentibꝰ mūdi traditi sūt sermones vl̄es: ex quibꝰ iudicia vl̄ia de ipsis accidentibus elici pñt. Necesse est in hoc tractatu secūdo sermones quosdā seu regulas particulares de eisdē accidentibꝰ ex diuersis astrologoꝝ libris colligere:ne uideat inaniter proferre ea ex quibus cōpilationis meæ series rerum q̄ d̄beat procedere. Iste qdē modꝰ pcedēdi ab vl̄ibꝰ ad particularia:i quacūq; cōpilatiōe & i quocūq; libro philosophico sūme utilis ē & necessariꝰ put ex auctoritate Aristotel'.13.de aīalibus.c.2.satis liquet.ubi sic dicit. Necessariū aūt vl̄ia ex natura prius dicere:aut multotiēs idē dicere: p hūc etiā modū ad finē i tētū deuenit': Sed q a cōstat nullā opationē cōpletā esse seu pfectā priꝰ q̄ finis eius intentus hēatur. Nā scd'm intentionē Aristotel' & Cōmētatoris:secūdo phisicoꝝ.cō/mēto.23.Hito fine:cessat opatio. Et Aristo.i primo libro magnoꝝ moraliū i pricipio Perfectus āt finis ē quo adueniēte nullo āplꝰ idigemꝰ:& cuiusūq; ē finis.huiꝰ cā agit' quod priꝰ ē & qd' posteriꝰ.2° phisi.c.17.& finis ē cā cuiꝰ gratia fiūt alia 2° phisico.c.5.& 2° metaphi.c.5.Finis nō ē p per aliud consequens:sed aliud pter ipm in oī opatione. Sollicite igit' studendū ē ad finē intentū ptingere:& pcipue quia finis melior ē oibus q̄ sunt ad finē.Dicit eni Isidorꝰ in libro soliloquoꝝ q̄ finis plus habet honoris:in oi re finis intēdit': extrema quærūt':melior ē finis q̄ principiū:melior ē nouissimꝰ sermo q̄ primꝰ.hæc ille. Et Aristo.tertio phisicoꝝ.ca.4.Finis nō ē oīno ultimū sed optimū. Et primo phisico 6.c.Finis ē bonū aliorū: sed cuiꝰ pricipiū poterit eē illiꝰ poterit eē finis.Cum igit' hoc opus in primo tractatu inceptū est:& i hoc tractatu secūdo itēdo ponere finē opi incepto:nō nouū cōdens opus sed uetera colligens dissipata.Non eni intēdo prout in prologo primi tractatus ptestabat aliquā sniam de nouo cōdere:sed antiquoꝝ astrologoꝝ & modernorū regulas de accidētibus mūdi in unā sūmam recolligere:quia quotiēs aliqd de nouo fecerimꝰ totiens iudicamur.Misera eteni fortuna ē:cui nō sit ulla inuidia.Hinc ē q̄ uiscera mea frigescūt.& tenet me tremor:tū quia adest fere nemo qui actꝰ posterioꝝ nō iudicat eē uitia:tū quia regulas antiquorū nō multū sū exptus:nec regulis eoꝝ aliquid audeo supaddere: tū etiā quia eorū regulas adeo sentio eē inumerabiles:q̄ ipsas oēs & singulas scribere nō sufficio.Quis ergo ego sū:aut q̄ in me facultas ad istud opus magnū quod eget assidua exercitatione & experientia nō modica. Vt tū propter exercitiū propriū:quia ingeniū uiuiuatur & exercitio tēperato acuit':& ut in amorē sciētiæ alliciā aīos auditorū: quia mihi pstantius eē uidet' q̄ hoium mentes tenere & audientiū allicere uolūtates:ac etiā releuamen immensis tædii & laboris in hac scia pronosticandū de accidētibus mūdi:huius opis sarcinā benigniter mihi assumpsi:& regulas particulares de accidētibꝰ mūdi .s.regulas uniuscuiusq; accidētis p se:quæ in diuersis libris astrologoꝝ sparsim positis recolligendo:& recollectas in hoc tractatu secūdo libri mei scribendo opus:inchoatū pro posse meo finalit' adīplebo deo annuēte. Sed ne te tædeat o tu lector regularū particulariū multitudo nō tm̄ copiosa: uersi etiā onerosa.multa eteni q̄uis uera sint:credēda tñ non sunt.nisi quæ certis iudiciis cōprobant':nisi quæ manifesto examine cōuincūtur:nisi quæ ordine iudiciario publicant'. Sis ergo expimentator assiduus:& regulas quas pro maiori parte ueras eē cognoueris in corde tuo teneas:in mente tua frequēter reuoluas:nec te tædeant.o lector quædā regulæ que in hoc tractatu secūdo ponunt' pluries in eodē:q̄ & etiā i primo recitabant'.Plures eni astrologi easdem regulas ponunt in libris suis sub diuersis tamē formis: & easdē regulis plures astrologi diuersas circunstātias supaddunt:& iō nullū incōueniens est easq; in diuersis locis scribere secundū diuersas auctoꝝ allegationes:. Has igit' regulas quas in hoc tractatu secūdo recitabo etiā non indeliberate uilipēdas: non eas impetuose reiicias:q̄ plures eni earū & si prima facie inutiles oīno appareant:expimētatori tñ assiduo iudicant' eē satis efficaces. Has ergo regulas diligēter inspice:& hūc tractatū secūdum frequenter reuolue:sic quoq; plurima picula atq; infortunia quæ ex maliuolarū stellarū dominiis poterunt contingere frequenter uitabis. Et si eadem picula seu ifortūia omnino cōtingere oportuerit:ea mitius ac tolerabilius sustinebis: Et ille ē finis istius scientiæ astrologiæ.Iste est finis intētus de quo priꝰ dictum est.scd'm q̄ eiꝰ causa agit' qd' prius est & qd' posterius: & qd' est ultimum bonum eorum quæ fiunt propter eum: prout patet ex pdictis.¶ Et scito q̄ tota scientia pnosticatiōis astrologiæ in quattuor partes generaliter diuiditur prout asserit astrologorū auctoritas.

Quarum duæ partes sũt nobiliores & potiores de quib⁹ loquitur Pto. secũdo quadripartiti .c.1. sic dicens. Pronosticatio stellarũ i duas partes diuiditur: quæ sunt maiores atq; potiores. Quarũ prima etiam quæ magis ẽ vniuersal' pars est: qua scitur quid in regionibus seu terris futurũ sit: uocatur pars uniuersalis: & de hac parte sollũmõ intendo loqui ĩ hoc tractatu secũdo huius sũmæ iudicialis de accidentibus mũdi. Secũda uero pars nobilior astrologiæ pronosticatiõis scd'm Ptol'. est ista quæ ẽ de natiuitatibus: de qua in hoc libro meo non intendo loqui propter eius pronosticationis difficultatem: & magnam præcisionem operis quæ ad ipsam requirantur: & præcipue quia hora conceptionis raro uel nunquam potest perpendi: quæ ad pronosticationũ natiuitatũ necessario requiritur. Aliæ uero duæ ptes pronosticationis astrologiæ quæ ignobiliores sũt & minus utiles. sunt questionũ & electionũ pronosticationes: de quib⁹ loquit' Haly secũdo quadripartiti Ptolæmei .c.1. dicens. Questiones & electiones sunt res debiles satis: nec rem naturalẽ sequũtur nisi multũ a longe. Et prout recitat haly abenra. libro primo .c.5. Dorotheus dixit ꝙ qõnes sunt res debiles & ꝙ ueritas ẽ in natiuitatib⁹ & sequũtur eas in ueritate electiões. Et ubi supra recitat haly abenra. ꝙ Pto. dixit: ꝙ nec questio: nec electio põt remoueri illud ꝙ natiuitas & ãni reuolutio demonstrauerit. Et iõ dicit Pto. ꝙ qõnes & electiones nihil sunt. sed sũt mendacia i quibus nõ ẽ ueritas & quæ eẽ nõ pñt. Propter istas causas & plures alias nõ intendo loqui in isto libro meo de electionibus nec de qõnibus: nec etiam de natiuitatibus propter causas ptactas. Sed tñ mihi supest pertractare in hoc tractatu secũdo huius sũmæ iudicialis de primo nobiliori & utiliori parte sciẽtiæ pronosticatiõis astrologiæ: quæ est de uniuersalibus accidentibus mundi ut pdcm est. Iste quidẽ tractatus secũdus in tres partes diuiditur. ℭ In prima enĩ parte ponã regulas particulares accidentiũ mundi quæ apparent ĩ regione aeris: cuiusmodi sunt calor: frigus atq; gelu: siccitas quoq; & serenitas aeris: hũiditas &c. Et ea q̃ ex hũore generant': cuiusmodi sũt pluuiæ: nubes: nix & grando: & uniũersaliter oẽs hymbres: ac etiã de uentis: tonitruis & coruscationibus in eadem prima parte huius tractatus secũdi pertractabo. Et hæc pars cõtinebit septẽ primas distinctiones huius secũdi tractatus. ℭ In secũda parte ponã regulas particulares accidentiũ mundi quæ apparent in terra & in rebus aĩatis quæ sunt sup terram: cuiusmodi sunt terræmotus & diluuia: pestilentiæ & famẽs siue caristia atq; sterilitas annonæ guerræ & etiã cõbustiones. Et ista ponũtur in q̃tuor distinctionibus sequentibus. ℭ In tertia uero parte huius tractatus ponã modũ pronosticãdi de accidentib⁹ mũdi p oẽs regulas tam uniuersales q̃; particulares positas tam ĩ tractatu primo q̃; in tractatu secũdo huius libri. Et faciã relatiões inter regulas primi libri & secũdi: & dicã quæ regulæ sunt magis rõnales in unaquaq; tẽperie. & ponã etiã conditiones eius. s. qui in hac sciẽtia debet pronosticare: quis & qualis debet eẽ. Et hæc oĩa ponentur in distinctione ultima huius tractatus. ℭ Itẽ quia actiua passiuis sũt digniora: prius intendo determinare de qualitatibus actiuis q̃; de qualitatibus passiuis: sed quia duarũ qualitatum actiuarũ: caliditas uitã significat ĩ aĩatis & nutritionẽ: frigiditas uero significat uitæ corruptionẽ & naturæ dissolutionẽ. In prima distinctiõe huius secũdi tractatus determinabo de caliditate aeris. Et in secũda de frigore & gelu. Et in tertia de serenitate & siccitate. Et in q̃rta de pluuiis & hũiditate. Et deinde de aliis accidẽtibus mũdi scd'm ordinẽ prætactũ ulterius determinabo. Et sic isti libro qui sũma iudicialis de accidentibus mundi intitulatur: finẽ imponã deo auxiliante.

ℭ Pro pleniori declaratione sequitur tractatus huius in capitula distinctio.

TRactatus secũd⁹ sũmæ iudicial' de accidentib⁹ mundi: qualiter sit pnosticandũ de accidentibus mũdi per regulas astrologiæ particulares: & qualiter sit pronosticandum de unoquoq; accidente mũdi per se. Et diuiditur iste tractatus in .12. distinctiones: sicut tractatus primus huius libri. Distinctio prima erit de calore aeris. Secunda de frigore aeris. Tertia de serenitate & siccitate ac temperantia aeris. Quarta de pluuiis: hymbribus: nubibus: & d' hũiditate aeris. Quinta de niue & grandine. Sexta de uentis & tẽpestatib⁹. Septima de tonitruo & coruscatione & fulmine. Octaua de terræmotu & diluuiis. Nona de epidimiis & pestilentiis. & corruptione aeris. Decima de caristia & fertilitate annonæ. Vndecima de guerris & combustionibus. Distinctio duodecima & ultima de modo pronosticandi de accidentibus mundi per regulas positas tam in tractatu primo q̃; in tractatu in secundo hui⁹ libri. Et quæ regulæ uniuscuiusq; temperiei sint magis rationabiles. Et cuiusmodi conditionis debet quilibet esse, qui in hac scientia uoluerit pronosticare.

ℭ Distictiõ p̃ria de calore aeris: & cõtiet. 5. capla

ℭ Capitulũ .1. qualiter ẽ pronosticandũ de calore aeris p orbes magnos & per cõiunctiones magnas per eclipses luminarium.

Cum de calore aeris sc̃dm regulas astrologorũ pronosticare uolueris: Primo procedendũ ẽ ad dñm orbis magni ĩ quo fuerit: iuxta doctrinã traditã in tractatu primo: distinctione prima c. 4. Si ergo p dñm orbis & per signũ p̃fectionis orbis siue ascẽdens eius significet̃ calor: aereũ iudica calorẽ per illum orbẽ eodẽ modo si diuisor fuerit calid⁹ planeta. Et silr̃ si gradus profectionis calorẽ significet: iudica calorẽ tẽpore diuisionis seu profectionis. Deinde procedas ad cõiunctiones magnas: si enim p coniũctionẽ magnã aliquã significetur calor aeris: iudica calorẽ per tẽpus cõiunctiõis seu durationis illius & eius effectus. Consilr̃ facies si eclipsis aliqua significet calorẽ hoc scire debes per dñm orbis magni & coniũctionis magnæ & eclipsis. Qualiter aũt scies horũ dñia: patet in tractatu p̃rio: in distinctiõe. 2. & .3. satis diffuse. ℭ In hoc ergo c⁰. 1. huius distinctionis intendo ponere regulas p̃ticulares de calore aeris sũptas ex dominiis orbis magni & cõiũctionis magnæ ac etiã eclipsis luminariũ. Dico ergo q̧ sc̃dm s̃niam Albu. 5. de cõiunctionibus magnis dria .3. & secundũ s̃niam Pto. 2ª quadripar. c. 8. Si mars dñetur eo modo quo dictũ ẽ in tractatu p̃rio in orbe magno: aut fuerit illius orbis diuisor: aut dñetur ĩ cõiunctione aliqua magna siue in aliqua eclipsi luminariũ modis quibus prædictũ ẽ accidunt calores magni & uenti calidi ac pemptorii. Et eo fortius si ipse mars tunc fuerit in aliqua dignitatũ suarum essentialiũ siue accidentaliũ: siue fuerit fortis in suo loco: aut fuerit in signo igneo aut aereo. Itẽ sc̃dm Pto. ubi supra: & sc̃dm s̃niam Albu. ubi supra: dria. 6. Mercuri⁹ huius obtinẽs dñium si coniungatur marti: aut ipsũ aspectu amicabili aspexerit: aut fuerit in aliqua dignitatum martis: & præcipue in eius domo: aut exaltatione aut triplicitate: calorem aeris quẽadmodũ & ipse mars significabit. Item hoc fortius erit si ĩ aliqua dignitate propria fuerit & ibidẽ quoq̧ fortis extiterit. Et dicit Albu. quarto maioris introductorio. dria 4. q̧ sol cum fuerit eius motus in locis quibusdã tẽperatis: tempabitur ibidem aer & fit bonæ complexiõis. Nam neq̧ in æstate calor: nec in hyeme frigus abundabit. Et dicit Albu. ibidẽ q̧ antiq assimilauerunt eius coniũctionẽ cũ planetis directioni suæ in locis in quibus sui caloris grauitate aialia & semẽta purit. Alii uero planetæ a marte & a sole cũ dñantur in orbe magno: aut in cõiunctiõibus magnis aut eclipsibus: aut cũ p̃fuerit anno uel quartæ anni: nõ efficiũt calorẽ p se sed solũ p accidẽs & in aliquib⁹ certis casib⁹. ℭ Vnde dicit Albu. quito de cõiũctionib⁹ magnis: dria .1. q̧ saturn⁹ cũ fuerit in ariete & p̃dictũ dñium habuerit: & fuerit eius latitudo septẽtrionalis: significat uehemẽtiã caloris & parũ boni. Itẽ si fuerit in geminis: & fuerit meridionalis: significat illud idẽ. Et dicit haly in tractatu suo de existẽtia planetarũ: & de sub radiis: saturnus in cãcro sub radiis solis: calidos uentos facit. Item Albu. ubi supra: si fuerit saturnus in scorpiõe & fuerit eius latitudo septẽtrionalis: significat id idem. Item cũ fuerit in piscibus: significat uehemẽtiã caloris tẽpore suo. ℭ Itẽ sc̃dm Albu. ubi supra dria 2. cũ Iupiter p̃dictũ dñium habuerit: & fuerit ĩ ariete: significat uehementiã caloris. In principio q̃rtæ autũnalis. Et cum ibidẽ fuerit latitudo ei⁹ septentrional: significat uehemẽtiã caloris. Et cũ fuerit iupiter in tauro aggrauabit̃ calor in q̃rta autũnali. Itẽ cũ fuerit in cãcro: erit silr̃ mult⁹ calor in quarta autũnali. Et si fuerit ibidẽ latitudo eius septẽtrionalis: significat uehementiam caloris & multitudinẽ uẽtoꝝ calidoꝝ: uenenosoꝝ. Itẽ cũ fuerit in uirgine: significat uehemẽtiã caloris ĩ q̃rta autũnali. Itẽ cum fuerit in libra: significat calorẽ in fine quartæ hyemalis. Itẽ cũ fuerit in scorpione: & fuerit eius latitudo septẽtrionalis: significat uehemẽtiã caloris. Itẽ cũ fuerit in sagittario: significat idẽ. s. uehemẽtiã caloris in q̃rta æstiuali. Itẽ cũ fuerit in piscib⁹: significat idẽ. s. calorẽ uehemẽtẽ in quarta æstiuali. ℭ Mars uero cũ prædictũ dñium habuerit: significat calorẽ aeris: ut p̃dictũ ẽ: & p̃cipue si fuerit in signis igneis. Et dicit Albu. ubi supra: dria .3. q̧ mars cũ fuerit ĩ geminis & p̃dictũ dñiũ obtinuerit: significat calorẽ aeris & eius quietẽ. Et sc̃dm Haly ubi supra: si fuerit ibidẽ uespertin⁹: calidissimus erit. Et si fuerit ibidẽ stationarius: calidus & siccus erit. Itẽ sc̃dm Albu. ubi supra: mars cũ fuerit in cancro p̃dictũ obtinens dñium stationarius siue retrograd⁹ & fuerit eius latitudo septẽtrionalis: significat uehementiã caloris. Et sc̃dm haly ubi supra: si fuerit illic stationarius: caliditatẽ significat. Et si fuerit in leone sub radiis: calidus erit. ℭ Sol uero prout dictũ ẽ per eius cõiũctionẽ cũ planetis: significat caliditatẽ excellentẽ & grauẽ. ℭ Ven⁹ quoq̧ sc̃dm Albu. ubi supra: dria .5. cũ prædictũ dñium obtinet & fuerit in ariete: & fuerit ei⁹ latitudo septẽtrionalis significat caliditatẽ aeris. Itẽ sc̃dm Albu. ibidẽ: si fuerit uen⁹ in cãcro: & latitudo ei⁹ septẽtrionalis: significat uehemẽtiã caloris siue aeris caliditatẽ. Itẽ sc̃dm Albu. ibidem: si fuerit in leone: significat idẽ. s. calorẽ. Item sc̃dm haly ubi supra: uenus in leone sub radiis ardorẽ facit. In aquario uero uespertina: calorẽ & uẽtos significat.

Itē Albu. dicit cū fuerit in piscibus: uehemētem calorem significat. ¶ Mercurius autē cum prædictum obtinuerit dominiū: nō significat calorem prout prius allegatū ē per Pto. & Albu. nisi sit uigatur marti: aut ipm amicabili aspectu aspexerit: aut fuerit in aliqua dignitate martis: & pcipue in eius domo: aut in eius exaltatione: aut in ei⁹ triplicitate: tunc eum calorē sicut & mars significabit. Sed scd̄m Albu. ubi supra: differētia .8. quando mercurius prædictū obtinet dominiū & fuerit in ariete: significat uehementiā caloris. Item scd̄m eundē: idē cum fuerit in cancro: significat illud idē. Et cum fuerit eius latitudo septētrionalis significat uentos calidos. Itē cum fuerit in leone & similiter in uirgine scd̄m albu. ubi supra: significat uehementiā caloris. Et scd̄m haly ubi supra mercurius in aquario: uespertinus calidus est.

¶ Luna uero prædictum dñium obtinens: non habet significare calorē naturaliter nec secūdum Pto. nec secūdū albu. Et dicit Messa. i epla sua: c. 9. q̄ tres superiores cum fuerint coniūcti i signo igneo: significant calorem & siccitatē. ¶ Iā ponam tibi regulas particulares de calore aeris sumptas ex sexto libro de coniunctionib⁹ magnis albu. & ponūtur etiam hæ regulæ prius in qnta distinctione primi tractatus. c. 3. huius libri. Et sumuntur hæ regulæ ex eleuatione planetarū super alios in oibus signis. Vnde ut prius dictum ē: primū signū .f. aries correspōdet regulis positis i prima dr̄ia sexti libri albu. & secūdū signū correspōdet regulis positis in secūda differētia eiusdem libri: & sic deinceps. Dicit ergo albu. q̄ saturn⁹ supra martē in ariete: significat uentos calidos: et saturnus supra p̄dictum martē: significat flatos calidos in geminis. Itē saturn⁹ supra martē in leone significat uentos calidos. Et in sagictario hoc idē significat. Item in aquario & piscibus saturn⁹ supra martem: uehementē calorē significat. Saturnus uero supra solem i gemini: significat uehementiam caloris: & in scorpione idē .f. uehementiam caloris tēpore suo. Item saturnus supra uenerē in cancro: multū calorem significat. Itē saturn⁹ supra mercuriū in cancro: mediocrē calorē significat. ¶ Iupiter quoq; supra martē in piscibus: significat calorē aeris & eius siccitatē. Item supra mercuriū in geminis: significat uentos calidos.

¶ Mars uero supra mercuriū in uirgine: significat magnū calorem tpe suo. Et in capricorno significat magnū calorē tēpore conuenienti & durabilitatē eius. Mars supra solē i ariete: significat paucitatē caliditatis aeris. In tauro uero & geminis: caliditatē & siccitatē significat. In cācro: caliditatem uehementē. In libra: tēperātiā aeris declinantē ad calorē & siccitatē. Et in aquario uehemētiā caloris & siccitatis significat. Mars uero supra uenerē in tauro: significat magnū calorem in quarta æstiuali. In cācro uero & uehementem calorē. In uirgine etiā magnū calorē. Et in capricorno magnū calorē significat tpe suo. Mars supra mercuriū in ariete magnū calorē significat in quarta æstiuali. In cācro uero magnū & uehementem calorē & durātē. Et in leone significat uehementē calorē tpe suo. ¶ Sol uero supra martem in ariete: significat magnū calorem in quarta æstiuali. In libra uehementē calorē tpe suo significat. Sol supra mercuriū in geminis: significat multitudinē uentorū calidorū. In cācro uehementē calorem tpe suo. In leone uehementē calorem & durabilitatē eius. ¶ Venus supra martē in uirgine facit uehementē calorē. Venus supra solē in leone facit uentos calidos. Venus sup mercuriū i cācro: significat magnū calorē tpe suo. In leone etiam significat uehementē calorē. in cancro & in scorpione silr tpe suo calorem uehementē significat. ¶ Mercurius supra solē in cancro: uehemētē calorē significat. In leone uentos calidos significat. Mercurius supra uenerē in leone: uehementē & fortem calorē significat tpe suo. ¶ Luna uero nō significat calorē sup aliquē planetam nisi sup mercuriū. Luna enī super mercuriū i leone: significat uehementē calorē. ¶ Tot ergo modis significatur calor p transitus planetarū super alios. Et has regulas notabis p calore aeris p magnos orbes: & in coniūctionibus magnis & eclipsib⁹ & reuolutionibus annorū mūdi: & in initiis quartarū anni: & in singulis coniūctionibus & oppositionibus & quadraturis luminariū. Et in initiis quorūcunq; temporū reuolubiliū. Et si mars uel mercurius eodē modo quo prædictū ē dñetur in loco eclipsis: aut in angulo præcedente uel sequēte eclipsim significat calorē excellentem p tempus durationis effectus illius eclipsis. ¶ Et scd̄m sententiā albu. quarto de coniūctiōibus magnis differentia prima dicit̄. cum fuerit gradus ascendēs siue locus alicuius magnæ coniūctiōis uel eclipsis in partibus septētrionalibus arietis: aut puenerit ibidē directio uel profectio: aut fuerit ibidē gradus profectiōis orbis magni: aut fuerit ibidē almutaz: significat calorē aeris. Item scd̄m albu. quarto de coniūctionibus magnis: differētia secunda. Cum taurus fuerit signum profectiōis orbis magni: aut fuerit locus alicuius coniunctiōis magnæ: siue alicuius eclipsis luminariū: aut cū fuerit ascendens alicuius tēporis reuolubilis: aut peruenerit annus ad ipsum a loco ascendentis alicuius inceptionis præcedentis: aut a loco alicui⁹ coniūctionis magnæ uel eclipsis: significat calorē qrtæ hyemalis. Et cum fuerit aliquid eorum q̄ prædixi, in ultima tertia tauri: significat uehemētiam caloris. Item albu. ubi supra: dr̄ia tertia. Cū fuerit aliquis eorum in partibus meridionalibus geminorum significat calorem & siccitatem. Item

secũdm albu ubi supra dría quarta. Cum fuerit aliquid eorum in ultima tertia cancri: significat calorem aeris. Et si cum hoc fuerit in partibus septẽtrionalibus: significat uehemẽtem calorem. Et si in partibus meridionalibus: significat illud idem

Item secũdm albu. ubi supra dría quinta. Si signũ leonis fuerit aliquod eorum quæ prædixi erit uehemens calor i quarta æstiuali: & si aliquod horũ quæ dixi fuerit i prima tertia leonis: significat uehementẽ calorem & angustias. Et si fuerit aliqđ eorum quæ dixi in partibus septẽtrionalibus leonis: significat mutationem aeris & eius caliditatẽ

Item secũdm albu. ubi supra: differentia sexta. Si aliquod eorũ quæ prædixi fuerit in prima tertia uirginis: significat calorem aeris. Item secũdm albu. differentia octaua. Si scorpio fuerit aliqđ eorum quæ prædixi: erit quarta uernalis calida. Et si aliquod eorum quæ dixi fuerit in ultĩa tertia scorpionis: significat molliciem aeris: uel calorẽ eius. Et si aliquod eorum fuerit in partibus septẽtrionalibus scorpionis siue in partibus meridionalibus: significat calorem aeris. Et secũdm albu. ubi supra: dría nona. Cum aliquod eorũ fuerit in ultima tertia sagictarii: significat calorẽ aeris. Itẽ secũdm albu. ubi supra: dría decima. Cũ capricornus fuerit aliquod eorum quæ prædixi: erit calor in quarta autũnali. Item si fuerit aliquod eorũ in prima tertia capricorni: significat calorẽ aeris.

Item secũdm albu. ubi supra: dria undecima. Cũ aliquod eorum quæ prædixi fuerit in aquario: significat uehementiam caloris in quarta æstiuali: hoc est cum declinatiõe ad calorem in quarta autũnali. Item secũdm albu. ubi supra: dria. 12. Si piscis sit aliquod eorum quæ prædixi: significat uehementiam caloris in quarta æstiuali. Item si fuerit aliquod eorum in ultima tertia piscium: significat etiã calorem. ¶ Qualiter aũt scire debemus ubi: qñ. & in quo genere rerũ accidet calor significatus per dñm orbis magni: & p coniũctiões magnas & p eclipses: patet i tractatu primo satis diffuse. Et hoc sufficit ad pñs quantũ ad regulas particulares p calorem aeris iudicio orbis magni & in coniũctionibus magnis & in eclipsibus.

¶ Capitulũ. 2. qualiter sit pronosticãdum de calore aeris per reuolutionem annorũ mũdi & p introitus quartarum anni.

MOdo ostendã tibi regulas particulares de calore aeris sũptas ex reuolutione ãni mundi & ex introitu quartæ anni. Et nota ꝙ regulæ prædictæ positæ in caplo p̃cedenti de dño orbis magni: de coniũctionibus magnis: de eclipsibus: sunt seruãdæ in hoc caplo ad pronosticãdum de calore aeris in reuolutione ãni & in q̃cũq; q̃rta ãni. Sed in hoc caplo oportet adhuc alias regulas supaddere. Dicit itaq; Albu. quarto maioris itroductorii dría quinta: ꝙ cũ mars p̃fuerit anno absq; saturni radiatione existẽs in signis meridionalibus in æstate abũdabit calor multus: & in hyeme tpabitur frigus. Itẽ idem in eadẽ dria quinta. Mars cũ fuerit a sole in æstate absq; aspectu saturni: aut alterius planetæ: & in fine signi: eo ꝙ fines signorũ sunt termini maloꝝ: augebit in æstate calorẽ: & in longitudie & durabilitate æstatis: eo ꝙ diu durabit: ita ꝙ aĩalia pibunt & semina: & eo fortius si fuerit ascendens. Et si fuerit sic mars in hyeme fit hyems tẽperata. Quid aũt significet p hũc terminũ eẽ a sole patet in distinctione q̃rta tractatus primi huius libri. c. 7. & in Exaffenon dicitur ꝙ mars in ista dispositiõe: borealibus mitigat hyemes & australibus æstatẽ exasperat. Et quito maioris introductorii dicit dria sexta per Albu. ꝙ mars naturaliter combutit: cum fuerit i capricorno: eius combustio augmẽtabitur. Itẽ albu. ubi supra: dría quinta: ꝙ si luna præfuerit anno prædicto modo: aut in quibusdã temporibus ãni soli permixta fuerit: erit prima quarta anni solito magis calida & humida: & secunda quarta anni magis calida & sicca. Et albu. 10 de floribus. c. de significatione martis dicit ꝙ si mars fuerit dominus anni & fuerit in signo aereo: significat paucitatem pluuiæ & grauitatem caloris. Qualiter autem scies reuolutionem annorũ mundi & dominum anni: patet in distinctione nona tractatus primi. c. 1. & . 2. Et albu. i libro suoꝝ expimẽtorũ. c. đ caliditate & frigiditate dicit: ꝙ cũ in reuolutione anni descenderit mars in triplicitatem igneam augebit naturam calorũ: & eo fortius si præfuerit tunc anno. Item ibidẽ dicit ꝙ similiter mars cum descenderit in triplicitatem aeream eo ꝙ similiter hæc triplicitas ẽ calida natura augebit calorem. Item in eodẽ libro caplo de dño anni dicit albu. Cum iupiter fuerit dominus anni & fuerit in piscibus: significat calorem grauẽ in æstate.

Item ibidẽ: mars cum fuerit dñs ãni & fuerit in ariete: significat superfluũ calorem aeris. Itẽ ibidem. Si mars fuerit dñs anni & fuerit in cancro: significat caloris grauitatẽ. Item ibidem: si mars fuerit in scorpione: & p̃fuerit anno: plurimus erit calor in æstate. Et secũdo de coniũctionibus magnis: differentia octaua: dicit albu. Si mars fuerit in triplicitate arietis retrogradus & in angulo & fuerit dñs anni: significat durabilitatem caloris quousq; pmitetur a loco suo. ¶ Et dicit Alkidius & ponitur in fine libri. 9. iudiciũ. In coiũctiõe uel oppositione præcedẽte introitum solis i arietem inde quod signum uendicauerit saturnus illa hora: si enim calidũ occupauerit: significat calorem

¶ Item cum sol singulas quartas anni ingredit.

iupiter notādus est & iudicabis per ipsū hora cōiunctionis uel oppositionis præcedentis introitū solis i quartā: eodē modo sicut prius per saturnum. ℭ Itē ibidem uide dños coniunctionū uel oppositionū præcedentiū introitum anni & q̃rtæ: necnō dños omniū coniunctionū uel oppositionū per annū ac dños ascendentis anni & quartam anni. uide quibus tunc fiet applicatio cuiuslibet illorū dñorum: & tēpus illud erit naturæ illi⁹ stellæ cui facta ē applicatio: & præcipue si dñi p̄dicti fuerint locati in terminis uel domib⁹ seu dignitatibus stellarum quibus applicant secundum Alkin. si applicauerint soli calorē & siccitatē p̄nosticabis: & eadē ratiōe si applicauerit marti: significat calorē. Item secundū Aomar & ponit̄ in fine libri 9. iudiciū & sc̄d̄m Alkin. in fine epistolæ suæ. s. c. ulti. & sc̄d̄m haly abenra. li. 8. c. 25. & si inueneris martē hora cōiūctionis uel oppositionis p̄cedentis introitū anni in angulo ascendentis: aut in aliquo angulo angulorū dñi ascendentis collocatū firmū & in aliqua dignitatū suarum: & maxime in angulo medii cæli: augmentabitur natura caliditatis: & hoc si fuerit tēpus calidū: Et minuetur natura frigiditatis. & si fuerit tēp⁹ frigidū. Et mediabitur natura tēporis si fuerit tēpus æquale. s. autūn⁹ uel uer ad calorem. Et q̃n mars fuerit in angulo a dño ascendētis: minor & debilior erit significatio sua: q̃ q̃n erit in angulo ab ascendente. Item dicunt Aomar: Alkind⁹ & Haly abēragel ubi supra. Aspice supra mercuriū quia si eū inueneris a medio cæli ab ascēdēte cōiūctionis: & fuerit in aliquo signorū aereorū & aliqua īfortuna fuerit in aliquo angulorū ipsi⁹ mercurii: significat diuersitatē in aere & multos uentos dānabiles. Et hoc modo iudicabis q̃n inueneris aliquod fortunium in angulis a mercurio: & mercuriū in angulo a fortuna: quia hoc tantū ualet quantum cum infortunæ sunt in signis coniūctionis. Vnde quēcunq; planetam inueneris in angulis ab ascendente coniunctionis: aut in succedentibus. Præpone ergo illum significatorem Deinde aspice cuiusmodi commixtiones habet cum saturno & marte: & si eū inueneris mixtum cū marte de quadratura aut oppositiōe uel cōiūctione: & fuerit mars in aliquo signorū igneorū crescet calor in tēpore caloris & minuet̄ frig⁹ tēpore frigoris. Et si aspect⁹ fuerit de terno uel sextili & mars fuerit in signis igneis: significat q̄d dictum est: sed nō tantū. Et si ipse significator commixtionē habuerit cum saturno de quarta aut de oppositione uel cōiunctione: & saturnus fuerit ī signis frigidis & siccis: aut frigidis & hūidis: crescit frigus in tempore frigoris & minuet̄ calor in tēpore caloris. Et si aspect⁹ fuerit ī terno uel sextili: & saturnus fuerit in signis quæ ante dixim⁹: significat illud idē quod diximus: sed nō tātū. Et si saturnus fuerit in signis calidis & hūidis & habuerit cōmixtionē cum significatore de oppositione aut de quarto uel cōiunctione: significat aerē temperatū & bonæ cōplexionis. Et si hac commixtio fuerit de terno uel de sexto ipso existente in signis prædictis: significatio erit maior: & aer erit melioris tēperiei & cōplexionis. Et similiter si mars habuerit cōmixtionem cum significatore & fuerit in signis frigidis & siccis: aut siccis & humidis: & cōmixtō fuerit d̄ q̃rto aut opposito & coniūctione tēperat aerē & facit illū bonæ cōplexionis. Si uero aspectus fuerit de terno uel sextili ipso existente in signis p̄dictis: temperantia erit maior & crescet oīs res quæ generatur. ℭ Et adiuua te in hoc a parte aeris & uentorꝫ: & faceam participē cum significatore. Et si saturnū uel martem inueneris cum parte uel eorū dños: iudica ab eis sicut diximus ante per existentiam eorꝫ in angulis & in aspectu significatorꝫ. Hanc autē partē accipies a gra. mercu. si nō fuerit ī domo sua usq; ad gradū dñi domus in qua est & adde super hoc gra. ascēdentis proiice ab ascēdente: & ubi finierit numerus ibi ē pars. Et si mercurius fuerit ī domo sua: accipe suosmet gradus addendo eis gradū ascendētis & proiiciendo ab ascēdente & ubi applicuerit: ibi ē pars. Et hoc idē facies in introitibus solis in. 12. signa: & hoc sc̄d̄m Alkī. aomar & haly aben. ubi supra. ℭ Itē sciendū sc̄d̄m Alkin. ibidē paulopost. & sc̄d̄m Aomar, & haly in capitulis īmediate sequentibus: in introitib⁹ solis in uigesimū gra. scorpionis apta ascēdēs & angulos residuos: & scies bene loca planetarū eadē hora: & postea aspice martē: & si eū inueneris in aliquo angulorū & maxime in medio cæli: & in aliquo signorū aereorū. Et si habuerit aliquā cōmixtionē cū mercurio: significat tonitrua: coruscationes & pluuias dānabiles: & forte uenient una hora & postea recedēt: & significat locustas & dānum in aere. Et si mars fuerit in angulo terræ ī aliquo signorum terreorum: & fuerint fortunæ remotæ ab ipso & mercurio respiciente martem: & si mars habuerit cōmixtionē cum mercurio: significat terræmotū & apparitionem igneam in aere & res expauescendas & dānum in mineris terræ. Et si mars fuerit in angulo terræ & ī signis igneis significat combustionem in aere & in terra comburentur messes. Et si fuerit mars in angulo terræ & in signo aqueo: in aquis diminutionem significat: in animalibus & in aliis rebus existentibus in aquis. Et si fortunæ habuerint combustionem cum eo minuent & prohibebunt damnum tonitruorum & coruscationum in illo anno. Et si fortunæ cum illo nullam commixtionem habuerint tonitrua & coruscationes facient & multos radios & damna illo anno. ℭ Et si uice martis fuerit in hoc saturnus: & fuerit in medio cæli & in ali

quo signorum aereorum & habuerit commixtionem cum mercurio & fortunæ remotæ ab eo fuerint. significat damnum in aere & multas pluuias damnabiles & durabiles. Et si saturnus fuerit in angulo terræ sicut prædiximus & in signis terreis & habuerit commixtionem cum mercurio: & fortunæ ab eo remotæ fuerit: accidet terræmotus: & apparebunt super terram aquæ multæ & magnæ. Et si fuerit in signis aqueis & in angulo terræ & fortunæ ab eo remotæ fuerint: & habuerit commixtioné cum mercurio: minuent aquæ in puteis & in omnibus aquaticis animalibus detrimentum infert. Et si fuerit in signis igneis: & sub terra in angulo: & fortunæ remotæ fuerit ab eo: & habuerit commixtionem cum mercurio: significat damnum in terra in proprietatib⁹ & mineris eius. Et si mercurius non habuerit cómixtionem cum eo: erunt significationes prædictæ tamen minores & leuiores. Et si habuerit commixtionem cum fortunis significatoris anni temperabitur & minuetur malú & damnum quod prædiximus. ℭ Et scias ꝙ quilibet ex planetis superioribus habet unum statum & planetæ inferiores habent alium: quoniam altiores sunt sicut spiritus: inferiores uero sicut corpora Et nulla generatio fit in mundo nisi per applicationes & commixtiones eorum unius cum altero· & superioꝝ cum inferioribus. ℭ Has regulas Alkindi: Aomar & Haly aben. Oportet te seruare in aliis temporibus aeris tam in calore q̃ & in frigore. Sed postq̃ ponuntur hic: non oportet eas recitare in aliis distinctionibus. ℭ Et dicit Albu. ꝙ cum luna applicuerit cum mercurio in reuolutione anni erit nubes pallida caloris fumosi. Et dicit Mansor in libro capitulorum suorum: ꝙ si mars fuerit cum sole in signis septétrionalibus erit maximus calor. Et Messa. in libro de coniunctionib⁹ planetarum c.4 dicit: ꝙ cum plures planetæ coniuncti fuerint in reuolutione anni in signis igneis faciút destructionem & famem ex siccitate & calore: & in hoc idem iudica in quartis áni. Item dicit Messa. ibidem. c.6 Scito introitum áni aut quartæ utrum sint signa planetarum ponderosorum calida aut frigida. Si calida: faciunt calorem in æstate & temperantiam aeris in hyeme. Et i fine epistolæ suæ dicit Alkin. ꝙ secúdú Messa. inspicere debes in reuolutione anni ad ascendens: & ad angulos & ad loca planetarum & transit⁹ suos: & prohibitiones operationum suarum: & protectiones radiorum secundú qđ significát in omni climate supra substantias animalium & uegetabilium & separationem nodorum suorum de transuolutione solis in signis & naturas suas in mutationibus aeris in quattuor temporib⁹ anni: & quid significant signa in naturis suis. Cum enim mars manserit in signo igneo aut aereo addet in caliditate aeris: saturnus autem minuet. Et quando saturnus manserit in signo terreo aut aqueo: addet frigiditati aeris: mars uero minuit. ℭ Et hæ sunt potestates saturni & martis in signis cum manent in eis: & quilibet planeta qui erit in reuolutione anni sub radiis: significabit secundum debilitatem climatis sui: & secundú corruptionem modorum suorum. Hæc Alkindus. Et ita debemus obseruare sicut in accidentib⁹ múdi. ℭ Restat pertractare de calore aeris per omnes quartas anni. Et nota ꝙ plurimæ regulæ quæ ponuntur prius in hoc capitulo de reuolutionibus anni debent habere significationem in quartis annorum. Ptolæmeus uero í secúdo quadripartiti: non ponit aliquas regulas particulares đ calore nec de aliis temperiebus per quartas anni. sed solum per regulas generales quæ ponunť prius in primo tractatu. Tamen ab eis potest elici una regula particularis uidelicet ꝙ si planetæ qui dominantur in loco coniunctionis uel oppositionis præcedentis introitum solis in quartam anni: & similiter qui dominentur in angulo sequéte si ipsi planetæ fuerint calidi & in signis calidis extiterint & prædicta loca principalia fuerint calida: & cum hoc prædicti domini fuerint coniúcti cum planetis uel stellis fixis calidis uel aspiciátur a planetis calidis: & fuerint in locis cæli calidis: signum est caloris per illam quartam anni: & si cum hoc concordauerit natura illius quartæ. Et ita regula simpliciter debet itelligi in qualibet cóiunctione uel oppositione & quadratura luminarium per totam illam quartam pronosticádo calorem aeris. Item Alkindus in epistola sua capitulo quarto dicit ꝙ cum fuerint planetæ cú sole in quarta una & præcipue planetæ calidi: suprema erit caliditas et ualde fortis & cóburens. Et si fuerint retrogradi in quarta prima similiter erit ita. Item in eodem capitulo in fine dicit Alkindus ꝙ dum comburitur aliquis planetarum leuium in quarta æstiuali significat calorem: & quando comburuntur planetæ ponderosi eadem est significatio huius nisi quia est debilior. Et dicit hermes in libro suo de florib⁹ ꝙ æstiuo tempore suo quo sol ingreditur terminum martis fit æstus: & in hyemali tempore fit siccitas & paucitas pluuiarum. Et dicit Alkindus & ponitur in fine libri 9. iudicium: ꝙ in quarta anni & ascendens statuatur: & centra. 12. s. quæ ponuntur in tractatu primo distinctione decima: capitulo nono. Illa centra lunæ dicit Alkin. æqua mētis ꝯsideratóe notato: Luna ergo in quolibet illorum centrorum: si inferior quilibet superiorem oppositam aspexerit: & præcipue si luna ab inferiori ad superioré oppositam mediatrix applicet quid ipsius naturæ consentaneum fuerit accidere testatur. Unde & in tali administratione sol aerem nunc igne

facit calore: nunc frigore nunc nubib⁹ alternatim inficit. Et dicit Alkindus in epistola sua: capitulo secundo: q quando planetæ retrogradantur a capite cancri ad caput libræ: & fuerit sol cum illis in eadem quarta: tūc erit summus calor in parte septētrionali: & ueniet ad partem septētrionalem uentus consumens calidus & consumet digestionem fructuum & comburet herbas usq; in finem. Si autem concordauerit q fuerit in fundo eccētricorum suorum: erit caliditas fortior: & si fuerint illic quasi directi orientales: erit illa æstas decora: quia tunc debilitatur calor suus & infrigidabitur nox & mitigatur aurula sua. Quando fuerit sol in angulo terræ: & cum fuerint illic directi occidentales: erit illa significatio debilior ꝓpinquatione sua ad terram: quia post solis occasum appropinquant cenith capitū: & ideo fit ad finem uitis aura. Et quādo fuerint retrogradi a capite cācri ad caput libræ: & fuerit sol a libra ad capricornum: & sol tunc congelauerit partem septētrionalem: tunc debilitatur congelatio sua: quia isti planetæ retrogradi soluunt cum motu suo & caliditate quod congelauit sol: & tunc erit illa q̄rta uarians complexionem suam & declinans ad caliditatem & erunt uenti septētrionales frigidi. Hæc Alkindus ibidem. Item dicit Leopald⁹ tractatu sexto: q mars in principio anni & quartæ si fuerit in signo igneo siue aereo: calorem & uentos a dextris significat. Item ibidem dicit Leopaldus q in coniunctione uel oppositione præcedentis introitum anni uel quartæ: si tunc mars fuerit in angulo terræ & in signo igneo significat combustionem terræ & seminum. Sūt insuper quædam partes cæli circa quas ratione stellarum fixarum quæ in eis situantur: significant calorem aeris: cum ipsæ eedem partes cæli tunc fuerint loca coniunctionum magnarum uel eclipsium: aut ascendentia eorum: aut cum illæ partes cæli fuerit loca coniunctionum uel oppositionum luminarium præcedentium introitus annorum uel quartarum anni: uel fuerint ascendentia earundem cōiunctionum uel oppositionum præcedentiū &c. aut cum fuerit ascendens eorum aut quartarū anni: aut generaliter cum ipsæ partes cæli fuerint aliqua loca principalia. ¶ Dicit itaq; Ptolæme⁹ secundo quadripartiti: capitulo undecimo: q ultimæ partes siue extremæ signi arietis comburunt: & mortalitatem gignunt: ac etiam partes eius septētrionales calefaciunt & destruunt. Item secū dum haly ibidem: Illæ prædictæ partes arietis sūt de natura martis. Item secundum Ptolæmeum ubi supra. Tauri signum ad caloris significationem procliuius est: & partes eius quæ circa Aldebarā in eius extremitate ponuntur: sunt igneæ. Signi ergo geminorum partes meridionales sunt igneæ & comburentes secūdum Ptolæmeum & Haly sunt de natura martis. Signū cancri secūdum Ptolæmeum generaliter facit calorem & serenitatem: primordia eius quæ circa præsepe locantur calidum aut turbidum aerem reddunt. Et secundum Haly ibidem: illæ partes sunt de natura martis & parum saturni. Et secundum Ptolæmeum partes meridionales cancri sunt igneæ & comburentes. Et secundum Haly sunt de natura martis & solis. Et secūdum Ptolæmeum signū leonis calorem & aerem turbidum facit. Et hoc idem faciunt eius partes præcedentes: & leonis septētrionalia sunt ignea & comburentia. Et secūdum Hali sūt de natura martis. Virginis etiam secundum Ptolameum primæ partes calorem faciunt & destruunt: & sunt de natura martis secūdum haly. Et signum scorpionis secūdum Ptolæmeum est igneum: & eius septētrionalia comburentia. Et secundum Haly, tam totum signum scorpionis q̄; eius septētrionalia sunt de natura martis. Sagictarii uero ultimæ partes secūdum Ptolæmeum sunt igneæ: & sunt de natura martis secundum haly. Capricorni etiam principiū secundum Ptolæmeum comburit: secundum haly est de natura martis. Et ultimæ partes piscium secundum Ptolæmeum similiter comburunt. Et secundum haly sunt naturæ martis. Hæc Ptolæmeus & haly. ¶ Cōuenit etiā ut inspiciamus diligenter quæ stellæ fixæ calorem faciunt prout ubi modo monstratur iuxta sentētiam Ptolæmei: in distinctione sexta tractatus primi huius libri. Vnde si aliquæ stellæ calorem significantes fuerit coniunctæ cum planetis dn̄antibus prædictis: aut fuerint in prædictis locis principalibus multum addent in significatione caloris. Et eodē modo cum uolueris pronosticare de frigore: opaberis per stellas fixas faciētes frigus. In pronosticatione etiam de pluuia operare per stellas fixas facientes pluuiā & hūorem: & sic opaberis in oībus aliis temperiebus aeris. Et Ptolæmeus unus de regibus ægypti in uno libro quē scripsit ad Aristotelē dicit q. 25. die septēbris equus apparet: & fit calida mutatō aeris. & secūda die Iulii orphe⁹ apparet & fit caliditas in aere. Et hæc sufficiūt de calore aeris in reuolutionibus annorum mundi: & in initiis quartarum anni.

¶ Caplm. 3. qualiter sit pronosticādū de calore aeris p oēs menses & medietates & q̄rtas mēsiū

Ositis regulis pticularib⁹ d' calore aeris p reuolutōnē ānoꝝ mūdi & p introit⁹ q̄rtarū anni. Restat mō ponere reglas d' calore p singulos mēses & medietates & q̄rtas mensiū. Et dēs scire q antequā iudicabis de aliquo mēse aut medietate aut quadratura mēsis. Prio dēs īspicere ad q̄rtā āni & ei⁹ q̄litatē: &

dium ini. nā penes hoc uariabis iudicia tua i quo/
cūq; mēse illi⁹ q̄rtæ, & addes uł minues d' calore:
& sic facies de quadratura quacunq; alia tempe/
rie aeris prout satis patet per Ptolæmeū & Haly
secūdo quadriparti. capitulo duodecimo. Vnde
noli attentare aliquod iudicium de quarta men/
sis: nec iudicabis de aliquo mensæ nisi scias prius
qualitatem quartæ anni cuius fuerit ille mensis:
nec iudicas de quarta anni nisi prius scias quali/
tates & dominium illius anni. Et ille est naturalis
ordo iudicandi de quocunq; accidente mundi.
Et nota secundū Ptolæmeum & Hali ubi supra:
q̄ si quarta anni fuerit coniunctional' per totam
illam quartam: respiciendū est ad coniunctio/
nes: & ad habendum qualitatē mensis illius q̄rtæ
Si uero quarta fuerit oppositionalis: quilibet mē
sis illius erit oppositional. Et hæc omnia sunt ser
uanda de quacūq; temperie aeris uel accidēte mū
di. Cum autem uolueris pronosticare de calore
aeris per singulos menses: et per medietates & q̄r
tas mensium: & scieris dominū anni & quartæ:
Vide primo istam regulam quæ elicitur ex senten
tia Ptolæmei & Hali. 2ª. quadripti. capitulo. 12.
& quā tibi posui prius de quarta anni & est ista:
Si planetæ qui dominant' in loco coniūctionis
uł oppositionis aut quadraturis luminarium: &
etiam qui dominant' in angulo sequente quemli
bet prædictorum: si omnes illi fuerīt calidi in si/
gnis calidis existentes: uel maior pars eorum: &
si loca principalia prædicta similiter fuerint cali
da: & cum hoc fuerint prædicti domini coniun/
cti cum planetis uel stellis fixis calidis uel aspiciū
tur ab eis: signum est caliditatis in illo mēsæ aeris
uel medietate mensis uel quarta: si cum hoc cōcor
dat natura temporis uel anni quarta. & eo forti⁹
si dominator & loca principalia anni & quartæ
anni significent illud idem. Et hæc regula Ptolæ
mei est nobilis. Item notandum est q̄ locus op
positionis est locus luminaris existentis supra ter
ram secundū q̄ magis dicebat' expræsse prius in
distinctione nona: capitulo quinto. & similiter lo
cus quadraturæ luminariū est locus illius qui fue
rit supra terram. sed si unū eorum fuerit supra &
aliud sub: uel neuter corū fuerit supra uel sub. q̄d'
frequenter contingit: locus ille alterius lumina/
ris qui fuerit magis fortis erit loc⁹ quadraturæ: ut
s. si fuerit locus unius luminaris in angulo: uel in
succedente: uel in haiz suo: uel in suis dignitatib⁹
essentialibus uel accidentalibus: & aliud lumina
re fuerit in domo cadēte: uel in cōtrario loco suo
haiz uel suis dignitatibus: locus ipsius luminaris
q fuerit' tūc in angulo & cætera: & magis fortis ē
præferendus ut sit locus principalis illius quadra
turæ luminariū. Et hoc patet prius in tractatu. r.
ubi scribit' magis plane. Etiā dicit Iafer capitulo
sexto de pluuiis: q̄ cum luna fuerit in coniunctio
ne uel oppositione uel quadratura alia a sole uel
in aliquo centrorum prædictorū: si ipsa tunc ap/
plicuerit marti: nubes croceos: ruborem: uel can/
dorem desuper habentes atq; calorem aeris præ/
tendit. Et Alkin. in epistola sua: capitulo sexto
dicit: q̄ in hora coniunctionis uel oppositionis
cum luna tunc fuerit cū mercurio: erit nubes pal/
lida caloris fumosi: & uentus bonus & calid⁹ cū
pluuia. Item debes obseruare in coniunctioni/
bus uel oppositionib⁹ & quadraturis luminariū
regulam illā quā prius tibi dixi de apertionibus
portarum: & ē sunt hora coniunctionis uel op/
positiōis uel quadraturæ aliquis planeta inferior
planetam superiorem sibi oppositā aspexerit: &
præcipue si luna ab inferiori & superiori oppo/
sitam applicuerit q̄d' ipsius naturæ consentaneū
fuerit accidere testatur. Vnde ex tali administra/
tione sol aerē mutat: nunc ignē siue calorē nubis
alternatim efficit. Item obseruabis omnes has
regulas pri⁹ positas in capitulo præcedenti de do
mino anni & quartæ: ubi. s. ponitur q̄ dominus
anni sumi debet ex dominio oppositionis uel cō
iunctionis præcedentis. Itē obseruabis hic regu
las prius positas in capitulo præcedente & alle/
gatas ab Alkindo: quæ ponuntur in fine libri no
uem iudicum: Ac etiam pro maiori parte omnes
regulas positas in præcedenti capitulo de calore
anni obseruabis. hic in isto capitulo ad p̄nosti/
candum de calore mensis: & medietatis: & q̄rtæ.

¶ Capitulum quartum qualiter sit pronostican
dum de calore aeris quolibet die.

C
Vm uolueris scire q̄d sit i quolibet
die de calore aeris: & quo die erit
calor: Accipe signa a sole prout di
cit Alkindus in epistola sua: capi/
tulo septimo: & proice de signo lu
næ ad saturnum: & ubi terminabi
tur numerus: Vide quis planeta fuerit in illa do/
mo dominus. si enim fuerit sol: erit dies illa cali/
da. Et scias q̄ planetæ calidi sunt mars: sol: & si
militer caput draconis est calidum. Item quan/
do obuiabit luna cum stella calida: accelerabit uē
tus & calefiet aer. Item quando fuerit luna in
principio signi: uide quis planetarum aspicit eā:
& iudica calorem secundum hoc: significabit enī
sup additamētū siue aliud. Si ergo sol uł mars aspi
ciunt eam: significat iuxta Alkindum calorem
aeris. Itē modus alius prout dicit Alkindus ubi
supra. s. qui significabit' ex parte luminariū in di
uersitate modorū suorū in hoc q̄d' est inter coniū
ctionē & plenilunū in q̄dratura prima uel secū/
da. & q̄n erit medietas corpis lunæ illuminata &
q̄dratura tertia sua: & q̄rta q̄draturæ: & q̄n fue
rit i trino & sextilia sole & aspiciat ipsa ad plane
tas illa in hora: & locā sua de parte luminariū &

ascendentiũ & angulos suos: & aspectus planetarũ: & applicationẽ partis eorũ cũ pte. Et scies dignioré significatoré eorũ secũdũ naturã suarũ qualitatũ: & uim & complexionẽ cũ ui planetarum & signorũ. & scieꝰ quid accidet in aere de calore & frigore uentis & tonitruis ac aliis accidẽtibus. Et etiã significabitꝰ cũ stellis fixis apud oriẽtalitaté & occidentalitaté suã: & mutabũt aera sicut luna cũ fuerit in angulo: & significãt sup generationẽ pluuiæ niuis & uenti & nubium: caloris quoq; et frigoris. Et nouiluniũ & abscõsio sua secundũ quantitaté inclinationis ad septẽtrionẽ et meridiẽ & occidentẽ & orientẽ: & latitudinem partis ad partẽ de pte quartarũ circuli quibꝰ inest uentus humidus & siccus. Hæc Alkin. ibidẽ. Et nota q̃ illæ regulæ Alkindi debẽt obseruari in oĩ tpe aeris. & ideo non oportet eas alias recitare in distinctionibꝰ sequẽtibus postq̃ traditæ sunt hic.

Et in tractatu de aperttionibus portarũ dicitur sic: Si in coniũctione solis & lunæ uel in quocũq; alio tpe luna fuerit in domo martis uel solis: calorem & serenitaté significat. Item semp debentꝰ obseruare regulam aliam prius positã s. cũ fuerit aliquis aspectus inter planetas hñtes domos oppositas: si tunc luna recedet ab uno & alteri applicet: & præcipue si recedet ab inferiori & applicet superiori: disponetꝰ tps secundũ naturã planetæ cui fit administratio. Vñ sicut prius allegatum est ab Alkindo: & in tractatu de apertionibus portarum: si huiusmodi administratio ascribatꝰ soli aer nunc igne sine calore: nunc nubibꝰ alternatim inficietꝰ. Et Lincoñ in tractatu suo de temperie aeris dicit sic: Cum caloré excellentẽ pnosticare nolueris futurũ: planetarũ calidorũ plura concurrentiũ testimonia considerabis: & scies qđ q̃ris: & maxime si in signis igneis fuerint & in trino aspectu se aspexerint. Et in Exaffenon dicitꝰ sic Cum caloré excellentẽ pnosticare nolueris: considera qñ plures planetæ calidi concurrũt uel bñ se aspexerĩt in trino aspectu: & maxime in anno in quo mars est dñs uel aliq̃s alius planeta calidꝰ & in hoc signo calido: uel medietate: uel ĩ quarta anni calida. quia sicut dicit Ptolemeus in centiloquio. oportet naturã tpis cõmisceri cum naturis planetarũ & cætera. In quocũq; ergo tpe hæc pdicta inuenta fuerint: pro eodem tpe caloré aeris pronostica secundũ doctrinam traditã in Exaffenon. Vnde ibidem ponitꝰ exemplum de anno christi. 1249. in quo fuerat mars dñs anni. Cum ergo sol. 15. die Iulii hora. 13. inæquali ingressus est signũ leonis. 3. gra. pis. ascẽdente. Vnde tunc per æquationem domorũ inuentus est mercurius dominus mensis: qui accidebat in. 7. domo habẽs testimonia. 3 quia ergo tunc sol fuerit in domo sua in triplicitate sua disponit tempora: & ponit q̃ntum in se fuit in signo calido & sicco. & hoc regimine dñio anni qui fuerat mars: & similiter regimine mercurii qui fuit dñs mensis: nec aliũde fuit impeditus. Vnde accidebat calor excellens: ita q̃ homines australes multo lãguore interiere. Hoc ibidem. Per hoc exemplum potes scire qualiter secundũ doctrinã traditam a Lincoñ. in Exaffenõ indicabis de quacũq; alia temperie aeris. Et Hermes trimegistus libro quarto: capitulo septimo. Cum nolueris ut te non lateat aliquid ex rebus tẽporis. Scito utrum sunt signa planetarum ponderosorum calida uel frigida. Si calida: significat calorem aeris in æstate: & temperiem in hyeme. Si autẽ planetæ ponderosi fuerint in signis frigidis significabunt frigus in hyeme: et temperiem aeris in æstate. Et istæ regulæ debent obseruari prout dicit Hermes: sole ingrediente q̃ttuor puncta cardinalia s. arietem: librã: cancrum: & capricornũ. Et dicit Hermes in fine capituli: secundum hunc modum mobilitas rerum geritur inferiorũ secundum perpetuũ ordinem superiorum. Item libro primo: capitulo primo dicit Hermes trimegistus q̃ si in hyeme cũ sole fuerit planeta calidus & siccus: fit hyems minꝰ frigida et humida. Si uero fuerit in æstate cum sole planeta humidus & frigidus fit æstas minus calida & sicca. Ideo dicit Hermes: Cuilibet speculanti qualitatem temporum semper sapientis est prouidere quæ signa habeat sol: & quis planeta cum eo cõmoratur ibidẽ ubi ipse sit: & quæ eorũ sit coniunctio uel oppositio: & quis sit eorum horoscopus. sic ergo rerũ naturas cognoscet: si qualitatem uel mutationes temporũ cognouerit. Et dicit Hermes paulo ante: q̃ hyems in principio est magis frigida & minus humida: & in fine econuerso: in medio uero æqualiter. Ver est in principio magis humidus et minus calidus: in fine econuerso: æqualiter in medio. Aestas in principio est magis calida & minꝰ sicca: in fine econtra: in medio æqualiter. Autumnus uero in principio est magis siccus & minꝰ frigidus: in fine uero ecõuerso: in medio uero æqualiter. Et nota ubi Hermes dicit: æstas in principio est magis calida & minus sicca: non debet intelligi q̃ æstas in principio sit magis calida q̃ in fine eius: cum dictum sit prius in tractatu primo: distinctione decima: capitulo octauo: q̃ summꝰ gradus calorum totius anni est in fine æstatis. s. sole existẽte in quintodecimo gradu leonis: & summus gradus frigoris est in fine hyemis sole existẽte in q̃ntodecimo gradu aquarii. Vnde et non debet intelligi q̃ hyems in eius principio sit magis frigida: & ĩ fine eiꝰ minꝰ frigida. sed Hermes uult intelligere in proposito q̃ æstas in principio sit magis calida q̃ sicca: & sic non obstat quin maior caliditas æstatis sit in fine eius Et hoc uerum est ut cõmuniter. Similiꝰ uult ĩtelligere q̃ hyems in principio sit magis frigida q̃ humida: &

sic nō obstat quin maior frigiditas hyemis sit in fine eius. & silr hoc est ueris: Et una cū eis conside rent regulæ uniuersales q̄ ponent prius in tractatu primo. & sic finitur hoc capitulum.

¶ Capitulū.5. de signis ꝓnosticis caloris aeris.

POsitis regulis particularibus caloris aeris sumptis ex naturis stellaꝝ & partiū circuli: Modo intēdo in hoc capitulo ponere signa ꝓnostica caloris aeris. Et primo ponā tibi signa ꝓnostica sumpta ex stellis secūdis in aere: ut sunt stellæ comatæ & sidera discurrētia. Deinde ponam tibi signa sumpta ex nubibꝰ paralelł et uirgis et aliis cōsilibꝰ q̄ apparēt circa solem & lunā. Et alia signa sumpta ex aialibus irrationalibꝰ & aliis effectibꝰ hic inferius. Et hunc modū intendo obseruare in oibꝰ distinctionibus sequentibꝰ. Dicit Pto.2°. quadripti.ca.9. ꝙ stellæ secūdæ q̄ apparent in aere: sicut caudatæ stellæ: & etiā aliæ huiusmodi: & ea quæ apparent circa luminaria: si fuerint coloris rubei uel ad rubedinem declinauerint: significabūt ea q̄ sunt ex natura martis. Cum ergo mars significet talia huiusmodi signalia significabūt calorem & siccitatē aeris: quū ut dicit Hali codē ca. color rubeus nimiū calorē et siccitatē significat. Silr caudatæ stellæ uel cometæ quæ apparent coloris rubei secūdū Pto. ibidē sunt de natura martis: & significāt calorem & siccitatē. Item dicit Hali.2°. q̄driparti. in eodē ca.ulti. Et q̄libet stellarū trahit ad partē suā fumositatē concordantē cū natura sua. & qū apparuerit hæc fumositas multa in pte alicuius stellarū: significat ꝙ uirtus illius stellæ uincet: & scietur q̄le accēsus erit p calorē fumositatis. Hæc hali.

Ex uerbis hali satis patet ꝙ si aliqua stella secunda: & præcipue si stella comata fuerit generata a marte ul' ab aliq̄ alia stella de natura martis. s. calida & sicca: uel fuerit talis secūda stella generata i pte martis uel alicuius stellæ calidæ & siccæ: significat dominiū caloris & siccitatis in aere. & hoc idem significabit si caloris rubei extiterit. Et eodem modo si generet in directo alicuius alterius planetæ uel stellæ: significat illud accēsus mūdi qd̄ cōcordauerit cū natura stellæ & cū eo loco istius signalis cum quo generata fuerit. Et dicit Hali in fine centiloquii Pto. ꝙ illa cometa quæ dicitur matuca est rubea: & habet caudā rubeam & lōgā et est de natura & cōplexione martis: significabit ergo ꝓdictū calorē aeris cū apparuerit. Et dicit albu.5°. de coniūctionibꝰ magnis: dria ulti. ꝙ si apparuerit aliqua stella comata in æquidistantia signi arietis: significat supfluitatē caloris in quarta æstiuali. Itē ibidē ubi supra: si apparuerit aliq̄ stella comata in directo geminoꝝ erūt multi uēti calidi comburētes fructꝰ. Itē idem in libello suo de floribus: ca.ulti. si cometa apparuerit in libra significat apparitionē paupertatis in cordibꝰ hominū: mō ex frigore & mō ex calore. Itē.5°. de coniūctionibus magnis ubi supra: si stella comata apparuerit in directo sagictarii facit uehementiam caloris. Et ibidem dicit albu. si cometa apparuerit in directo aquarii et in parte occidentis fuerit eius apparitio: significat multā caliditatē.

Et dicit hali abenra. li.8. ca.ulti. ꝙ si cadat aliq̄ stella a scorpiōe: & dimittit unū signū: erunt multæ combustiones aeris: & minuent aq̄ fluuioꝝ i terris. Itē sol oriens: clarus: mūdus: sine nebulet re aliq̄ ipm coopiente clarū diem significat. Hæc Pto. ubi supra. Itē si sol luna & stellæ ualde clare appareant & nō obscuri: serenitatē significat. Virgil. in georgi. li.1. in fine. & hoc maxime uerū est si tales in eoꝝ ortu fuerint uel occasu. Pliniꝰ i tractatu suo de signis ꝓnosticis aeris. Sol purꝰ oriens & nō feruēs serenū diē denūciat: & si etiā occidit pridie serenus sicut & oritur tāto serenitatis certior est fides. Itē serenus occasus serenitatē significat. Hæc Aristo. in de ꝓbleumatibꝰ: ꝑticula.26. Et hæc oia si contigerint in æstate calorem aeris significant. Item si fuerit nebula: & ipsa cadat: & nō ascendat supius in silitudine nubiū: serenitatē significat. Virgil. ubi supra. & hoc idem est signū caloris. Itē si nebula fuerit & obtineat a sole & sic euanescat: p hoc enī in æstate multotiens ꝓnotat serenitas: & calor futurꝰ designat.

Item Aristo. dicit: p pruinā paruā in autūno & uere mane apparentē serenitas illius diei & calor multotiens designat. Itē in æstate si aurora fuerit frigidior solito hæc eadē designat. Itē si post occasum solis sup aquas & palludes & prata uideatur fumus siue uapor albus: calorē & serenitatē in crastino designat. et hoc idem significabitur illo die si ante ortū solis iste huiusmodi uapor apparuerit. Itē copia roris in mane uel uespere in quacūq3 parte anni fuerit significat serenitatē futuræ diei. & si in æstate ceciderit: uel in fine ueris: aut in principio autūni: calorē illiꝰ diei significabit. Hæc Aristo. in de ꝓbleu. Itē auster calidior est q̄ boreas. Item eurus calidior est q̄ zephirus Aristo. ibidē Sed intelligēdū ē hoc de regiōe ubi mansit aristoteles. in regionibus tū nostris zephirus calidior est euro. Zephirus serenus & delectabilissimus est uentoꝝ. Aristoteles ibidem. Item si iuxta horizōtē fulminauerit sine tonitruo nulla uel modica ibidē pcepta nebula uel alibi fuerit aliqū serenitatē et calorē significabit futurā. Itē cantꝰ colūbaꝝ siluestriū: calorē et serenitatē significat. Itē qū corui q̄si leti ex detractione plumæ ter uel q̄ter uociferāt: & cū solus ludūt inter se serenitatē & calorē significat. Itē qū corui q̄si latēter singultāt serenitatē significat & hoc silr signi

ficat calorē. Itē q̄ñ corui q̄si stando cōtra solē rostra apiant: signū est caloris. Itē q̄ñ milui ludētes & quasi spaciantes in aere alte uolant: signum est caloris, siccitatis: & serenitatis aeris. Item quando uespertiliones citi⁹ & in maiori copia uolant de uespe solito: signū est caloris & serenitatis & siccitatis crastinæ diei: & hoc idem intellige de strabonib⁹. Itē quando parū ante occasum sole lucēte muscæ se cōgregāt in altū cōstituētes q̄si quoddā gracile campanile: significat calorē & siccitatē in crastino. Itē æstas est magis calida et serena aliis partib⁹ anni. Itē ut cōmuniter mēsis marti⁹ est magis serenus & calidus q̄ȝ mensis april'. Itē in fine septēbris uel in principio octobris solebat eē calor & serenitas nō multū durās: sed q̄si per quindenā & nō ampli⁹. Vñ dicit' a uulgo q̄ sctūs Michael habet æstatē suā uel ante festū uel post. Itē q̄dā regiones q̄ rōne situs sunt magis calidæ uł frigidæ. Multa q̄dē alia signa caloris pñt adduci de calore. Nā pro maiori parte signa p̄nostica serenitatis in æstate fere signa sunt etiā caloris. Signa uero serenitatis ponā in alia distin.3. hui⁹ tractatus. Quæ etiam oportet te obseruare de calore aeris & siccitate. Et finitur hæc distinctio prima.

¶ Distinctio.2. qualiter sit p̄nosticandū de frigore & gelu per orbes magnos: & per eclipses illminatium.

POstq̃ȝ in p̃cedenti distinctiōe determinatū est de calore aeris: mōstrādo ponere regulas p̃ticulares de frigore aeris: et de gelu secūdū opiniones diuersorū astrologorū. Cū uero q̄re pri⁹ determiatū est de calore et frigore q̄ȝ de hūiditate et siccitate ē quia caliditas et frigiditas sunt qualitates actiuæ. Siccitas & humiditas sunt qualitates passiuæ: & actiua eo q̄ passiuis sunt digniora: sunt p̃ferēda. Et cuiuscunq; aīati uita procedit ex calore: corruptio uero siue dissolutio eiusdē aīati p̄cedit ex frigore: Necesse fuit in distinctōe prima hui⁹ tractatus determinare de calore. Et consequēter in hac distinctōe secūda de frigore & gelu regulas p̃ticulares intendo colligere. Cū igit' de frigore aeris uolueris p̄nosticare: oportet te primo scire dominū orbis in quo fueris: & signū p̃fectiōis orbis: diuisorē quoq; & gradū p̃fectiōis. Oportet etiā ut scias dñm coniūctionis magnæ & dominum eclipsis si habuerint significationē aliquā sup annō suo in quo fueris & in quo uolueris p̄nosticare. Hæc aūt prædicta tradita sunt tibi in tractatu p̃cedēti. ¶ His aūt præhabitis ex significatiōib⁹ dñoȝ dispositoȝ de frigore & gelu iudiciū tuū assumes. Dico ergo q̄ secūdū sententiā Ptolæ. 2⁰. q̄dripti. ca.8. & secundū sententiā albu.5⁰. de coniunctionib⁹ magnis: difa.1. Saturn⁹ cū fuerit solus dñs dispōnis orbis magni: uel diuisor aut dñs ɔiunctiōis magnæ: aut eclipsis: aut fuerit dñs ascēdentis ɔiūctōis magnæ: uel dñs anguloȝ p̃cedentis uel sequētis eclipsim: aut dñs alicuius tp̄is reuolubilis: erit general' cā dāni q̄d' accidit propt' frigus: & erūt magna frigora cū glacie & gelu: & erūt magnæ niues. in fluminibus quoq; & in mari erūt pericula. & submersiones naufragātib⁹ accidūt: si fuerit ascēdens in eis & aer hyemalis. Et si saturnus tunc fuerit in aliq̄ dignitate suaȝ eēntialiū siue accidētaliū: eo fortius hoc significabit: aut cū fuerit fortis in suo loco: aut in signo frigido. ¶ Et dicit albu. ubi supra q̄ si saturn⁹ huiusmodi dominium obtinuerit: & fuerit in ariete et fuerit latitudo ei⁹ meridional': significat uehemētiā frigoris & gelu: & nimiū & multū rorē. Itē sc̄d'm albu. ibidē: saturn⁹ cū fuerit ī tauro et p̄dcm̄ dñiū obtinuerit: significat uehemēs frig⁹: et mutatione ueris a suo calore. Itē sc̄d'm albu. saturn⁹ si fuerit ī cācro significat gelu. Itē dicit Hali in tractatu suo de existentia planetarū de subradiis: Saturnus si fuerit in libra & fuerit matutinus: significat frigidos & siccos uētos. Itē secundū albu. ubi supra: si saturn⁹ fuerit in scorpione huiusmodi obtinēs dominiū: significat uehementiā frigoris hyemis: & niues destruentes messes. Itē Hali ubi supra: saturnus in scorpione uesptinus: significat congelationē: matutin⁹ uero septētrionaliū & frigidoȝ uētoȝ est significator. Itē Hali ubidem: saturnus matutinus in sagictario significat frigiditatē & cōgelationē. Itē secundū albu. ubi supra: saturn⁹ in capricorno exñs: si eius latitudo fuerit septētrional' & dñet' sicut prius: significat multū gelu: & multū frigus: & multū niuē. Item Hali ubi supra: saturnus in capricorno uesptinus frigiditatē: matutinus frigidā boream significat.

Itē Hali ibidem: saturnus in aquario sub radiis hyemē facit durā: et matutinus ibidē exñs hyemalem facit aerē: stationarius uero ibidē exñs est glaciosus. Itē secundū albu. saturnus in aq̄rio retrograd⁹: significat niues & uehemētiā frigorū. Itē sc̄d'm albu. ibidē: saturnus ī piscib⁹ huiusmōi obtinēs dñium significat uehemētiā frigoris tp̄e suo. ¶ Iupiter uero cū prædictū dominiū obtinuerit nō significat frigus generaliter secundū sententiā Pto. & albu. sed temꝑantiā & bonā cōplexionē aeris. Ip̄e tñ iupiter ut dicit albu. ubi supra dria.2. q̄ cum fuerit in ariete significat uehementiam frigoris in quarta hyemali: & si fuerit eius latitudo

ibidē meridionalis hoc idem fortius significabit. Itē secundū albu. ibidē: iupiter in tauro significat uehemēs frigus. Itē secūdū eundē ibidē iupiter in geminis significat uehemēs frigus quartæ hyemalis. Et si idē fuerit matutinus uel oriētalis significat uehemēs frig⁹. Itē secūdū albu. ubi supra iupiter ī cācro significat caliditatē & frigiditatē tpe suo.

Item iupiter in leone secundū Albu. ubi pri⁹ significat uehemens frigus in quarta hyemali cum pauco frigore in medio eiusdem quartæ. Item secūdū Albu. ubi supra: iupiter in scorpione significat uehementiā frigoris in principio q̄rtæ hyemalis usq; ad mediū eiusdē. Item secundū Albu. ubi supra: iupiter in aquario significat uehementiā frigoris in quarta uernali. ¶ Mars uero prædictū dominiū obtinens secundū Ptol. & Albu. ubi supra plus habet significare calorē q̄ frigus: tñ secundū albu. ubi supra: differentia. 3. mars cū fuerit æquidistans signo geminorū: significat uehementiam frigoris. Itē secūdū albu. ubi supra ibidē: mars cū fuerit in scorpione significat multū frigus in quarta hyemali & autūnali & æstuali. Itē secūdū albu. ubi supra: mars cū fuerit dñs in sagittario multiplicat frigus in quarta hyemali. Itē secundū Hali ubi supra: mars in capricorno matutin⁹ hyemales dies p̄ loca facit. ¶ Sol uero iuxta sententiā astrologorū est pater naturalis caloris: & ē significator uitæ: tñ albu. in maio. introduc. dria. 6. dicit: q̄ antiq; assignauerūt oppositionē solis ultimæ remotioni eius a locis eius in quibus per eius absentiam frigus nimiū: & aīalia consumit et semina. ¶ Venus aūt secundū albu. nō significat multū frigus: sed bonam temperantiā aeris. tñ secūdū albu. ubi supra: differētia. 5. uen⁹ cū fuerit ī ariete: & fuerit eius latitudo meridionalis: significat uehementiā frigoris. Item secūdū albu. ubi supra: uenus in uirgine significat aeris cōmixtionē: et forte declinabit ad frigus et ad siccitatē. Itē secundum albu. ubi supra: uenus in libra significat bonam complexionē aeris cū frigiditate eius. Itē secūdū albu. uenus in scorpione significat uehementiam frigoris. Item secundū Hali ubi supra: uenus in sagittario uespertina uētosa est & frigida. Itē secundum Hali ibidē: uenus in capricorno sub radiis solis gelida est: & uespertina non frigida est. ¶ Mercurius uero cum prædictū dominiū obtinuerit secundū sententiā Ptolæmei & albuma. ubi supra: Si tunc iungat alteri planetæ uł ex aspectu amicabili: & forte misceatur generaliter concordabit & coaptabit naturæ illius planetæ: & faciat talia opera q̄lia planetæ uel stellæ fixæ quibus applicet: & si nulli applicuerit: assimulabitur opus suū parti signorū in quo est. Tñ secundū albu. ubi supra: differētia. 6. mercurius cū fuerit in cancro significat frigiditatem aeris. Item secundū albu. ubi, supra: differētia. 6. mercurius in scorpione significat uehemēs frigus. Item albu. ibidem: mercurius in piscibus significat multos uentos frigidos. ¶ Luna uero nō significat multū frigus aeris secūdū sententiā albu. sed significat humiditatē. Tñ secūdū albu. ubi supra: differentia. 7. luna si fuerit in tauro significat uehementiam frigoris. ¶ Oēs autē planetæ debiliter significant frigus p̄ter saturnū: tñ: tñ iuuant saturnum ad frigus in casu quo ipse dominatur. Et cū aliis sibi complectunt̄ sicut accidit in cōplexione saturni & martis: de qua cōplexione loquit̄ Albu. 7. maio. introduc. & ponitur in tractatu. 1. istius libri: distin: 10 ca. 5. Vñ mars nō obstante q̄ sit excellenter calid⁹ in hyeme tñ multū iuuat ad gelu p̄ suam siccitatē: cū cōplectitur saturno. saturnus enī p̄ se est effectiuus gelu in tpe sibi cōueniēte: & sic nō est aliq̄s alius planeta. Vñ regulæ prius positæ de frigore & gelu sunt magis efficaces. Regulæ tñ sumptæ a dominiis aliorum planetarū multū iuuant ad frigus in certis casib⁹.

¶ Mō ponā tibi regulas de frigiditate: sumptas ex eleuatōe unius planetæ sup aliū. Dicit Albu. 6. de coniunctiōib⁹ magnis: dria. 2. q̄ saturnus sup martē in tauro significat frig⁹ uehemēs. Et nota q̄ oēs regulæ positæ de eleuatōe uni⁹ planetæ sup alios in ariete ponunt̄ in dria. 1. libri. 2. sicut pri⁹ dictū est: & quæ in cācro in dria. 2. ponunt̄: & sic de aliis. Itē dicit albu. ubi supra: saturn⁹ sup martē in uirgine significat destructionē magnæ partis terræ cum uehemēti frigore & durabili: & p̄cipue in tpib⁹ conueniētib⁹. Itē albu. ubi supra: saturnus supra martē in capricorno significat uehemens frigus & durabilitatem eius. Itē albu. ubi supra: saturnus super uenerem in piscibus signum est magni frigoris. Itē saturn⁹ super mercuriū in leone significat uehemēs frigus tpe suo. Itē saturnus sup mercuriū in uirgine significat multū frigus. Itē saturnus super mercuriū in capricorno multū significat frigus. Itē saturnus sup mercuriū in aquario significat multū frigus. ¶ Itē iupiter sup martē in ariete significat magnū frigus.

Itē iupiter super martē in leone significat uehementiam frigoris. Itē iupiter super martē in sagittario significat multum frigus tpe suo debito.

Itē iupiter super mercuriū in capricorno significat uehementiam frigoris destruētis. Itē iupiter super mercuriū in aquario significat frigus. Et in piscibus significat frigus uehemēs. ¶ Mars uero super saturnū in uirgine magnū frigus significat tpe suo. Et in capricorno significat frigus magnū tpe suo. Itē mars super iouē in capricorno significat frigus uehemens. Mars uero super solem in libra significat multum frigus. Mars etiam super mercurium in tauro significat uehemēs frigus in quarta autumnali & hyemali. & in capricorno mars super mercurium significat uehemēs frigus.

¶ Sol uero sup planetas nõ significat frigus secũdũ Albu. ¶ Ven⁹ uero sup saturnũ in piscib⁹ significat uehemens frigus. Itẽ uenus super mercurium in capricorno: significat uehemens frigus.
Item uenus super mercuriũ in capricorno significat uehemens frigus tpe suo. ¶ Mercuri⁹ quoq; sup saturnũ in tauro significat frigus uehemens.
In uirgine etiam significat frigus uehemẽs. In aquario uero super saturnũ significat multũ gelu Mercurius sup iouem in capricorno & aquario significat frigus multũ. Item mercurius sup martẽ ĩ geminis significat frigus uehemẽs. Mercuri⁹ sup uenerẽ ĩ capricorno significat frig⁹ uehemẽs. ¶ Luna uero sup martẽ in tauro significat frigiditatẽ multã. Hæ sunt reglæ albu. de frigiditate sũptæ de eleuatiõe planetarũ sup alios. ¶ Et dicit Mes.i.li. suo de cõiũctiõib⁹: q cũ tres supiores fuerint cõiũcti in signo terreo: significat multitudinẽ frigoris & impedimentũ eius. Itẽ iuxta sententiam Messa ubi supra ca.10. & silr iuxta sentẽtiã Albu. 1°. de cõiunctõib⁹ magnis: si fuerit coniũctio magna saturni & iouis in signo terreo & saturnus fuerit fortior: significabit malũ & destructionẽ seminũ ex frigore & fame. Item ca.11. dicit Messa. q si coniũctio media.f. saturni et martis fuerit in signo terreo significabit niues: gelu: et fortitudinẽ frigoris. Et dicit Messa. in epl'a sua de coniunctionib⁹: ca.5. q cũ eclipsis lunæ fuerit in signo frigido: significabit fortitudinẽ frigoris
Et secundũ Albu. 4°. de coniunctionib⁹ magnis differentia.1. cũ fuerit gradus ascẽdens siue locus alicui⁹ coniunctionis magnæ uel eclipsis in signo arietis: aut peruenerit ibidẽ directio aut ꝓfectio: aut fuerit ibidem gradus ꝓfectiõis orbis magni: aut fuerit ibidẽ almutaz siue dñs siue dispositor alicuius tpis reuolubilis: significat uehementiam frigoris in hyeme cum niue & præcipue apud descensum solis in signum libræ significat. ¶ Et ibidem dicit Albu. si aliqđ eoꝶ q̃ dixi fuerit in ptib⁹ meridionalib⁹ arietis: significat frigiditatẽ aeris.
Itē si anates maiorē clamorem faciant q̄ solebāt signum est pluuiæ dum tamen hoc propter separationem eoꝝ a socijs non contingat. Itē quidā experimentaliter pronosticant pluuiā futuram si in uespere columbæ ad colūbare tardius redeant q̄ solebant. Itē si hirūdines prope terrā uolent multotiens se uertendo huc & illuc & q̄si soliciti de cibo acquirendo amplius q̄ solebant. Itē si auis parua quæ regulus dicitur in mane multotiēs & cū lasciuia magna cantauerit. Itē si auis pluuiæ quæ dicitur anglicæ. Vuosdual ultra solitū sepæ cantet & est auis ista diuersoꝝ coloꝝ & perforat arbores cū rostro & in perforatione nidificat & nō sedet cōmuniter i ramis arboꝝ. sed semper se tenet in stipite ascendendo continue & descendendo.

Item si parua auis habens pectus rubeū quæ dicitur anglice ueldos siue robinet domos petat i habitatas & in eas ingrediatur ultra solitū futurā tēpestatem significat. Itē quædā sunt aues quæ anglice uocantur sonannes & sunt albæ duab' albedinibus una .s. intēsiori & alia .s. temissiori & habent articulos pedū fissos usq ad mediū & a medio articuloꝝ habent eodē modo quo habent aucæ uel anates. Vnde apud uulgum iudicantur esse de natura cōposita ex natura auiū aquaticaꝝ & a natura auium terrestriū quæquidē aues si uideant' per duo miliatia angliæ a mari uel āplius futuras tempestates significant. Itē clamor pauonū pluuiā significat futurā. Itē si muscæ atrocius mordeant & magis noceant mordendo q̄ solebāt uel quasi petāt accedere ad os uel ad oculos hominis uel alterius aialis significant pluuiā. Ex parte ēt aliaꝝ rerum inanimataꝝ accipiuntur signa pronostica pluuiæ. Dicit enim plinius ubi supra q signū pluuiæ est & tēpestatis si ignis ultra solitū pallid'fuit & plu. nūcu sūt circūpositi lucernis fungi

Itē si folia populi uel aliaꝝ arborū sine uento ludant amplius q̄ solebant pluuiā significat. Itē trifoliū inhorestrie & folia contra tempestatem fugere enī est uernō & icibus remissis qa nostris uasa quibus esculenta ꝑ famantia addunt̄ sudo rē repositionis relinquentia duras ꝓnunciāt tempestates: hæc plinius. Et Virgilius ubi supra dicit ꝙ si plumæ auiū natantes in aqua concludāt ab inuicem signū est pluuiæ. Itē si paleæ leues frondes caducæ uolent signū est pluuiæ. Itē si oleum & candelæ lucentes scintillant signū est pluuiæ. hæc Virgilius. Alia ēt possunt adduci signa pluuiæ ex oppositis signorum serenitatis quæ sīr ponit Virgilius: & ponunt̄ ēt in distinctione præcedenti. ca. ult. Itē expertū est ꝙ si campanæ audiantur ad maiorē distantiā q̄ solebant & si amplius audiant̄. similiter si audiant̄ in eadē distantia signū est pluuiæ. Sed ibidem oportet respicere aduentū. Itē si coopercula pixidū strictiora fuerit solito pluuiā significat: & similiter intelligendū est de quibusdā aliis clausuris strictis ultra solitū dū tamen illa strictura ab alia causa q̄ ab ipso aere non causetur. Itē si fuligo cadat magis q̄ solebat dū tamē sibi non ferat̄ uiolentia aliūde pluuiā significat. Itē si odorifera ultra distātiā cōsuetā odorē emittant. Itē si zonæ cinctæ sint magis rigidæ q̄ solebāt signū ē pluuiæ. Et hoc idē intelligēdū ē de chordis aliis tamē minus perceptibile ē in eis quæ sūt de materia grossiori. Itē signū pluuiæ est si carnes salsæ multū sudauerint: hoc ēt intelligendū est de lignis & tabulis quæ i sale diu & frequenter iaceant. Itē quidā sunt lapides scāna & pisces lapidei quæ ante pluuiā futurā multū sudat. Itē si sal in uase positum liquescendo ultra solitum euanescat. Itē si signa serenitatis quæ solebant ualere non ualeant signū est ꝙ tempus est incertū. Itē magnū signū pluuiæ est si multæ pluuiæ transeant ad mare. Et dicitur a uulgo ꝙ pluuiæ illæ sic transeuntes ad mare sunt receptus illi[a] ad mare & pluuia futura per istas pluuias designata redditus erit maris. Itē si in principio pluuiæ pluuia fuerit ualde parua quæ paulatim & ualde tarde augeatur. multo magis est signum ꝙ pluuia subsequens erit magna q̄ si incœperit in magna quantitate. Itē guttæ pluuiales albæ pluuiæ concitationem significat. Et guttæ pluuiales in aquam cadentes si multas ampullas & magnas fecerint & maxime si huiusmodi ampullæ diu durauerit hoc idē sigīficat. Itē si aqua pluuialis q̄ ceciderit cito desiccet̄ & ultra solitū absq; uēto plu. magnā significat. Itē si aq̄ stagnaria ultra solitū fuerit calida & ꝑcipue si hoc i absēctia solis cōtingit plu. magnā significat. Itē si in aliquo loco aq̄ faciat ubi non solebat uel amplius q̄ solebat saturno pluuiā magnam significat hæc omnia patēt experimentaliter. Itē ut comūniter temperies magis mutatur in. 6. feria q̄ in aliquo alio die septimanæ. Itē ut communiter si pluit in die dominico & præcipue ante horam nonā erit pluuia per maiorem partem septimanæ sequentis. Item de nocte magis aqua habundat q̄ de die Aꝛ. 2. metheororum. Sed hoc intelligit Aꝛ. in hieme & nō in æstate. Sed hic orit̄ dubitatio quā s. mouet petrus paduanensis expositor Aꝛ. de problematib⁹ particula. 25. Nā in eadem particula dicit Aꝛ. ꝙ de nocte serenitas magis est q̄ de die: ergo falsum est ꝙ dictum est prius. s. ꝙ i nocte aqua magis habūdat. Huic ergo dubitationi respondet petrus prædictus dicens ꝙ in nocte aqua descēdens remanet super terrā & non exalatur a sole quēadmodū fit in die quando sol calefaciens terrā est desiccans. Vnde non est inconueniens nocte aquas plus fieri q̄ de die & tamen noctes diebus esse sereniores & præcipue eo ꝙ multotiens accidunt nebulæ in die diutius permanentes pluuiā non causātes: hæc petrus ibidem. Et hæc ultima causa ut mihi uidet̄ rationabilis est eo ꝙ propter multam attractionē solis & propter multas nubes in die est maior turbatio aeris sicut dicit prædictus petrus expositor Aꝛ. ubi supra & in noctibus maior est tranquillitas. Frequentius tamen accidit pluuia magis i nocte q̄ in die sicut expertum est. Itē ut communiter illa lunatio est pluuiosa magis cuius primatio accidit super diem martis. Lunationē dico sēcdm cōputationem & usum comunē nunc concurrentē.

Item illa lunatio i cuius nouilunio lūa apparēs in occidente habet unum cornu altius multum q̄ alterum & apud uulgum dicitur ꝙ tūc luna effūdit aquam ut communiter accidit. & dicitur a uulgo ꝙ illa lūatio est magis pluuiosa. Itē uer est calidus & humidus: hiēs ē frigida & hūida. Aestas calida & sicca: autūn⁹ ē frigidus & siccus sicut patet per ptolemæ. 2. quadripartiti. ca. 10. & per albu. 2. maioris introductorii drīa. 7. Item ut communiter pars hiemis maxime humida est mensis februarii. Et pars maxime humida i uere ut communiter est mensis aprilis. Et seruius sup primo georgicorum uirgilii dicit sic uerno & autūnali tēpore fiunt tempestates quādo nō plena æstas est nec plena hiems: unde mediū & cōfinia utriusq; tēporis ex cōiunctione reꝝ contrariaꝝ efficit tempestates hæc seruius. Itē sūt quædā regiones & quædā loca magis pluuiosa & magis humida ratiōe situs sicut accidit in partibus meis. s. i partib⁹ borealibus angliæ & sicut sūt loca mōtuosa cōmuniter & etiā quædā loca propinqua mari prout magis expresse dictū est in distinctione ꝓcedente. Et nota ꝙ cū signa pluuiæ fuerint multa & fortia cū calore & etiā frigiditate tempata tunc pluuiam ut communiter designabunt. Sed si ipsa signa pluuiæ fuerint multa & fortia. Et cū eis apparuerint signa gelu multa & fortia uel si cū eis fuerit excel-

lu multa & fortia.uel si cū eis fuerit excellens frig⁹ in accedendo tunc niuē & grandinē designabunt. Itē si signa pluuiæ pauca uel debilia fuerint cū tēperantia caloris & frigoris tunc significant copiā roris uel nebulā: uel saltē aeris obscuritatē & dispositionē ualde propinquā ad pluuiā. Si aūt fuerint signa pluuiæ pauca uel debilia cū frigiditate notabili uł cū signis fortib⁹ ipsius gelu tunc significabūt pruinā. Et nota φ signa pluuiæ circa æquinoctia.s.circa martiū uel septēbrē pluuiā uł grandinē significant sub disiunctos & nō est ita cetre significant pruinā in his tēporib⁹ ānı sicut ī alıis partibus anni m.ındis eo φ in his tpibus frequēter significant grandinē. Multa autē alia signa pnostica himbrium & pluuiæ possūt sūmi ex oppositis signis serenitatis quæ ponebant̃ in fine distinctionis imediate pcedentis quæ una cū istis iā dictis oportet te obseruare in isto ca. Restat aūt modo ponere signa ex qb⁹ scire debes nimiā superhabundantiā siue excessum pluuiæ & hūiditatis. In ānis enim pluuiosis magna est iundatio aquarum recentiū: stagna quoq; plurima in pluribus locis habundat ubi nō solebant habūdare. Aquæ etiam plurimæ ubi nō solebant staturiunt: & ubi scaturire solebāt scaturiūt āplius q̃ solebant. Et loca quæ solebāt esse arida excessiue tūc ad quādā tēperiem reducūt̃: quæ etiā solebant esse humida tēperate ad excessū humiditatis reducūt̃: & quæcūq; ipsa humiditate excessiua gaudere solebāt ī quādam nouā lasciuiam in surgentiā suæ naturæ maiorem q̃ solebant facere conuenientiā cōcepisse: quæcūq; etiā ab h⁹mōi hūiditate excessiua terant̃ destruunt̃: uel saltē alio mō in deterius transmutētur q̃ eis cōueniat. Vnde & ī ānis multū pluuiosis montes aridi & terre nō bene cultæ sūt fertiliores: ualles quoq; imæ & terre culte sūt steriliores segetes minus fructificant: herbæ & arbores tūc magis crescunt: tūc etiā lasciuia magis habūdant. Poma etiā pira & cerasa si coꝝ copia fuerit sunt maioris quātitatis: & arbores q̃ plurime extra debitū tps suos emittūt flores: grana etiā segetū & multarum herbarū in suis spicis uel folliculis pullulant. Tūc segetes orte p nimiā humiditatē suffocate postea arefactæ amarescunt añq; ad ueram maturitatem pueniant: tunc paucitas salis ē. Tūc frigus sūt plurime: & tunc egritudines multiplicāt̃ flegmatice tunc forices mures mustellæ talpe testudines pisces tam maris q; aquæ recentes tūc rane buffones pulligines & pulices habūdant magis q̃ solebant: tūc apes nō mellificant ut solebāt sed magis ppter defectū mellis ī hieme moriunt̃ tunc cuculus ampli⁹ q̃ solebat cōtinuat tps sui cantus: aues q; & alia aialia q̃ plurima multiplici diuersitate uariant: tunc ferrū ampliorē ad se trahit rubiginē panis uero putrefactiōem & ceruisia & uinum acetudinē maiorē suscipiunt: & papir⁹ deuastationem. Multa quoq; sisia corpora ob tantā suæ naturæ conuenientiā detrimenta patiunt̃: hæc autē oia experimentationi diligenti satis manifestant̃. Istæ regulæ particulares de hibribus pluuiis nubulis & hūiditate aeris quas tibi ex diuersoꝝ astrologoꝝ sententiam compilaui in hac distinctione. & hæc signa pronostica eorundē accidentiū ad psens dicta sufficiant faciendo semp relationē ad regulas uniuersales positas in tractatu prio huius libri. Et finit̃ hæc distinctio.4.

¶ Incipit distinctio.5.de niue & grādine & cōtinet.6.capitula. Primū capitulū de generatione niuis.& grandinis.

P

Ostq̃ ī distinctiōe pcedente determinatum est de hibribus pluuiis nubulis & hūiditate aeris. Restat mō in hac distictiōe determinare de niue & grādine. & primo intēdo ponere generationis modū cuiuslibet illaꝝ ī capitulo primo isti⁹ distinctionis. Dicit itaq; isidorus.13 ethimo.ca.5.φ nix a nubæ dicitur uñ uenit. Et beda li.primo de tēperiebus dicit sic. Niues aquaꝝ uapores nec dū dēsatæ in guttas sed gelu prumpēte formāt̃ quas ī alto manifestū cadere nō phibēt. Et lincoñ ī tract.suo de generatione ipressionū humidaꝝ dicit sic. Cū uero ascēdit nubes ad scd̃m intersticiū aeris fit maior abstractio caloris & destituit̃ āpulla aquæ ī nubæ penit⁹ a calore successiue cū q̃si molle est qd̃ relinquit̃ sicut lana & fit nix. Et gulielm⁹ de cōchis li.tertio philosophiæ suæ dicit sic cū humor ī aere eleuātur si tunc guttæ aquæ añ q̃ grossæ sint spissentur & congelent̃ fit nix. eo φ uentus in superioribus frigidus & siccus exsiccās guttas aquæ sua frigiditate cōgelat. Et hermes trimegistus li.4.ca.2° dicit φ si uentus aqlonalis uel eius collateralis terre uicinus flauerit aquas ī aere subleuatas & in pluuiam dissolutas propter maiorē eius ibidē frigiditatem & minorem humiditatem niues efficit. Et albertus.2.metheoroꝝ tractatu primo ca.17.dicit φ materia niuis est nubes calida: Cū .n. sol radiis calefacit inferiora elemēta eleuat ex eis uaporē in quo est uis caloris q calor etiā secū multū inducit de aerea substantia: qui quidē uapor post eleuatus ad locū frigidū ispissat̃ in nubē & frigidū loci incipit expellere calidū. Et si frigidū ē illud excellens: aut expellit subito calidum añ cōuersionē nubes in aquā: aut expellit nō subito. Et si quidē

subito expellit tūc fit dura congelatio ex illo sicut pruina. Si aūt non subito tunc calidū aereum non temperatū ꝙ congelationē impedire non potest ueniunt tñ effectum maximi frigoris qui effectus est indurare congelatum & iō. nix cadit molle & de facili cōpræhensibile. Et ex hoc patet ꝙ licet pria materia impræssionū humidaꝝ. s. roris pruinæ & niuis sit una: non tñ imediata materia earum est una quia proxima materia niuis est nubes & pruinæ materia proxima est uapor. Simlr proxīa materia niuis est nubes calida multū ī eleuatione habens de aereo introducto in materiā per calidū eleuās uaporē. unde facta est nubes eo ꝙ nō habet materiā pluuiæ & est nubes frigida nec materiā rorum quia est uapor tēpatus & subtilis. Differt aūt materia niuis a materia grādinis quia nubes q̄ est materia grandinis est nubes calidissima a qua totū simul egreditur calidū. Sed a nube niuis egreditur paulatim. Sed prætera sciendū est ꝙ uapor niuis multū habet de terrestri admixto & iō est de uaporibus qui ex aquis in terrā currentibus eleuatur. Cuius signū est ꝙ aqua niuis liquefacta nō ē pura eo ꝙ frequenter sordidanť manus quādo lauantur manus niue liquefacta hæc ibidē. Et ubi supra ca. 17. dicit albertus ꝙ cā efficiens niuis est frigus expellens non impulsū ad unū locū sed sparsum per aerē. Et Aꝶ. in primo metheoroꝝ ca. 6. s. ca. illo qui sic incipit. De loco aūt ponit &c. ponit modū generationis omniū taliū impressionū humidaꝝ ciusmodi sunt pluuia ros pruina. nix grando & huiusmodi. Dicens ꝙ pluuia fit ex uapore eleuato ab aquis ad mediam regionem aeris & a frigiditate loci condēsata in aquā. Ros generatur ex uapore humido eleuato p calorē diei sibi incorporatū ad locū non multū longe a terra & ibi condensatur in aquā ex noctis frigiditate quæ quidē aqua descendens uocatur ros. Pruina secđm Aꝶ. fit ex uapore hūido eleuato ad aerē non longe a terra & ibi frigiditate noctis prius cōgelatur q̄ possit condensari in aquā: uapor enī taliter cōgelatus descendens uersus terrā uocatur pruina.

Et pruina non fit nisi in locis & temporibus excellenter frigidis. Ros uero non nisi in locis & tēporibus temperatis. Ros & pruina non generatur nisi trāquillitate & serenitate existente in aere. Et neq; ros neq; pruina generatur in mōtibus ualde altis. Caliditas enim eleuans materiā quæ est materia roris uel pruinæ debilis est: quia nō est nisi caliditas diei. Itē alia cā est quia in mōtibus altissimis est maximus motus aeris qui prohibet cōgregare uaporē qui est materia roris uel pruinæ. Et ubicū q; generatur ros generatur flante uēto australi nō autē flante uento boreali pterq; in regione ponti Et pluuia generatur superius in loco aeris frigido Ros uero in loco nobis propinquo. Et non differunt pluuia & ros nisi q; pluuia est ex multo uapore infrigidato. Ros aūt ex pauco. Adhuc aūt pluuia generatur in loco ampliori. Ros aūt in loco strictiori. Itē materia pluuiæ colligitur p magnū temp⁹ sed materia roris nō nisi per diē solū. Nix quoq; & pruina non differunt similiter nisi secđm multum & paucū. Cū enim aliqua tota nubes cōgelatur tunc est nix: cū uero modicus uapor tunc est pruina. Non generatur una nix nisi in tpe & loco multum frigido quia nix fit per cōgelationē nubis. Nubes autē cū in se multam cōtinet caliditatem ex uaporibus siccis admixtis eū uaporibus humidis non generatur nisi ab excellente frigido Sed secđm albertum ubi supra ca. 16. Illud frigidū oportet ꝙ sit sparsū in aere cū nix generatur quia tunc non erit ita acutū sicut ꝙ per calidū sparsū in aere expellitur ad unū certū locū: hæc ille. Et dicit Aꝶ. ubi supra niui generatæ superius corrñdet pruina generata īferius: pluuiæ etiā generatæ superius corrñdet ros generatus inferius. sed grandini superius generatæ non corrñdet qd proportōale hic inferius: hæc Aꝶ. ibidē. Ex prædictis ergo patet qualiter generatur ros pruia & nix qualiter ab īuicē distinguūtur. Restat ergo dicere qd sit grādo & qualiter & quo tempore & ī quo loco generetur. Dicit itaq; isidorus. 15. etymol. ca. 12. ꝙ grādo appellatur eo ꝙ forma eius granoꝝ similitudinem habeat hæc uentoꝝ rigore indurať in nube ac solidatur in niuē ruptoq; aere soluitur. Et beda libro primo de tempibus dicit sic grandies lapilli ex stillis pluuiæ frigoris & uēti rigore conglaciati in aere congelantur quia citius niue soluātur & per diem sepius q̄ per noctem decidunt. Et lincon. in tractatu suo de generatione īpressionū humidaꝝ dicit sic: si autem nubes deferatur sursū ad .3. ī tristitiā aeris subito destituiť a calore & fit lapis rotundus & est generatio grandinis sicut ampula aquæ quæ fit rotunda hæc aūt maxime fit in æstate cū calor sit magnus. Et guilelm⁹ de conchis in plia sua ubi supra dicit sic. Cū humor sursū eleuetur contingit sæpe in superioribus esse uentū frigidum & siccū qui guttas aquæ ex frigiditate congelatas rotundas facit ea quæ trāsmutant in lapideam substantiā Et quia guttæ aquæ rotundæ sūt grādo fit rotundæ figuræ & sic descendit cōgelata. Et hermes trimegistus ubi supra dicit ꝙ si uentus in aere superius flauerit ex frigiditate & siccitate & quātitate pluuiaꝝ guttas ibidē repertas in lapideam substantiā quæ grando dicitur cōstringit. Et albertus 2° metheoroꝝ tractatu primo ca. 25. dicit ꝙ materia grandinis est nubes calidissima hoc est ꝙ de uapore calidissimo in loco frigido est generata: est aūt hæc calidissima dicta nō ꝙ fortiter tñat caliditatē, sed actuali caliditate calidissima est. quæ facta est ex radiis solis quādo eleuabatur: si enim fortiter teneret calidū tunc nō conuerteretur subito in grossas ptes nec subito cōgela

retur bene tenens ab alia potẽtia est q̃ bene recipiens quia bene tenẽs habet hoc a potẽtia siccæ. Sed bene recipiẽs habet hoc a potentia hũidi. & iõ quia nubes ista aquosa est ualde iõ bñ recipit ipressionem calidi & male retinet ipsã. frigidũ autẽ bene recipit ex tribus causis: quaꝝ una est ex natura aq̃ cui naturalis est frigiditas ex natura hũidi quia q̃libet impressionẽ bene recipit. 3. aũt est quia ubi q̃ patet nubes ex calido dissipante eã & iõ fortissime congelatur. Amplius aũt sciendũ est & hæc nubes paꝝ habet de aere mixtũ & multũ terestri subtili & grosso & quia paꝝ est in eo de aereo. Iõ egrediens calidum totũ simul egreditur & nõ paulatim egreditur aereũ: quia resoluendo rigorẽ frigoris faceret grandinẽ rarã & mollẽ sicut est nix quæ est raræ substantiæ & mollis Et quia hẽt multum admixtũ de terrestri grosso & subtili iõ i frustum grandinis inuoluuntur puluis & pilus & aliquando parua ligna & aliqñ paleæ quæ cum uapore eleuauit calor fortis. Et ubi supra ca. 26. dicit albertus q̃ cã efficiens grandinis non est frigiditas sola. sed potius frigiditas expulsa a toto aere uel a multis partibus aeris ad unũ locũ & hæc frigiditas cumulata est & intẽsa quæ simul cũ impetu ingreditur nubẽ grandinis ubicunq̃ eã apertam inuenit & cũ multas eius partes ingrediatur efficiuntur partes frigoris quasi in centris quibusdã in diuersis partibus nubis: quas partes subito spissantes lacerant nubẽ in partes una parte frigiditatis hæc trahent circũstantes se partes nubis & alia illuc q̃si sub spissant & cõuertit & congelat. Sed cũ de conuerso in aquã aliquid cadat q̃ excellens frigiditas nõ contingit iõ cũ grandine quasi sẽper descendit quasi magna pluuia. Ex prædictis aũt patet q̃ cã generationis grandinis est duplex. s. per se frigus undiq̃ ab aere expulsũ ad locum grandinis: p accidens aũt calor aperiens nubem undiq̃ & dans liberũ ingressũ frigori: frigiditas aũt ista i nullo tempore habet undiq̃ expellens nisi in uere quia tunc multa est relicta ex hieme & ita multa frigiditas ad locũ grãdinis expellitur a calore aeris. Sed æstas uincit i calido & nõ inuenit frigiditatẽ quã expellat. Et autũnus i aere frigiditatẽ non inuenit sed inducere eã incipit in aerẽ: hiems aũt non expellit eã. Sed diffundit in aere & non tñ ex cã materiali quæ dicta est sed ẽt ex causa efficiente uernum tempus est grãdinis effectiuum plusq̃ aliquod alioꝝ temporꝝ anni. Et in ca. 27. ubi supra dicit albertus q̃ grando parua & rotunda descendit ex alto ex locis sũmis. Rotũditas uero ipsius & paruitas eius sunt propterea quia quando descendit grando ex longinquo a terra moratur tempore longinquo in aere calido q̃ est circa mediũ locũ & iõ in lateribus ubi cũ impetu tangit aerẽ calidũ per quem motus eius resoluitur & rotundatur & minoratur eius quãtitas i aduentu eius ad terrã & cadat ista grando parua cũ pluuia aqua quæ resoluit ex ipsa & quælibet pars ipsi inuenitur quasi liquefacta grandinis aquæ descẽdit ex locis quæ propinquæ sunt terræ: cõtrarium accidit quia nec parua est nec oĩo rotunda est eo q̃ non multũ elongatur a terra in qua est quies eius post casũ quia nihil uel paꝝ de ipsa resoluitur & hoc iõ quia illa generatur a frigido aere inferiori. Et cũ cadit per eundẽ aerẽ oportet q̃ non liquefaciat eã iõ nihil aufert de ipsa de figura in qua generata est & iõ cadit magna & non rotunda. Supra enim diximus q̃ frigiditas intrans interiora nubes occupat diuersas partes ipsius sicut quædã centra ad q̃ subito contrahit partes nubis. Sed cũ cõuersio in grandine præcedit aliquantulũ congelationem non tamen præcedit casus aquæ congelationem & iõ bene gutta conuersa congelatur & alia gutta conuertitur & congelatur super illã & iõ pars grandis sunt sicut quædã guttæ congelatæ cõpositæ. Addo aũt magis fit guttaꝝ illaꝝ uersus latera q̃ uersus mediũ quia minus habundat calidum nubis ad latera q̃ ad mediũ & ideo grando est magis granulosa in gyro q̃ in medio supra uel infra fit tamen grando raræ substãtiæ quasi niuosa quia est sicut nix in rotundũ congelata & hæc generatur præcipue in fine februarii & in martio sole in piscibus existente & fit præcipue uento flãte septentrionali quia illa fit in rei ueritate de uapore niuis. Sed quia tunc aliquantulũ est calidus in aere liquefit nix in superficie & hæc liquefactio congelatur frigido septentrionis & iõ extra habet aliqd glaciei. Sed intus est substantia niuis & rigẽs facta est frigore septentrionis hæc albertus ibidẽ. Et ubi supra ca. 23. dicit albertus q̃ grando duo habet loca suæ generatõis. Unũ. s. per se q̃ ẽ secũdum cõgruitatẽ sui uaporis nullo alio impediente. Et cũ grando fit ex nube calidissimo quæ mo est q̃ calidissima uirtute calidi altissime ascendat secũdum q̃ uapor grossæ humiditatis potest eleuari hæc autẽ usq̃ ad locũ medii interstitii aeris secũdum mediã illius interstitii latitudinẽ quæ frigidissima est inter omnia spatia aeris. Si autẽ aliquando repressa ab alto occurrit infrigidatio, uapor tunc eleuatus cõuertitur iferius. & sic suæ generatõnis habet duo loca grando. In grandine aũt est hoc magis q̃ in aliis impressionibus humidis quia grando ex nube calidissima generata est undiq̃ aperta est frigori. Et ratio ubicunq̃ inueniat frigus ad se expulsũ in omnẽ sua partem suscipit ipsum & ibidem grando generatur cum enim locus grandinis est principium in naturis & habeat rationem efficiẽtis principii: quẽadmodum & prior non habet agere locus nisi per uirtutem actiuæ qualitatis quæ est in corpore cuius superficies est locus & iõ sic locus superior longinquus a terra per frigus ad se expulsũ est generans grandinẽ. sed ex eadem causa si frigi/

ditas æqualis in loco inferiori inueniatur locus inferior grandinis est generatiuus hæc ibidem albertus. Et in ca.24. ubi supra dicit albertus quod uniuersaliter grando fit in locis multæ serenitatis in quibus sol fere tantum consumit de uapore quantum eleuat propter magnam caliditatem solis in locis illis. Ideo in talibus locis nubes quæ euadunt calorem solis quod non consumuntur sunt calidissime & hoc fit frequentius in eis in tempore calido. In locis autem frigidis & i temperiebus frigidis & præcipue in locis quæ sunt in septentrione frigidis fit non adeo frequenter talis eleuatio calidi uaporis: quia loca septentrionalia frigida aut sunt montuosa usque ad medium intristitium aeris ascendentia: aut sunt multum aquilonaria latitudinem septimi climatis excedentia. Ex hoc ergo quod locus calidus & tempus calidum ministrant naturam grandinis sequitur ut uidetur necessario quod grando frequentius fit in calido tempore quam in tempore frigido. & hoc idem dictum est prius a lincon. Et huius causa est secundum albertum quia tempus calidum simile est loco calido & tempus frigidum simile est loco frigido in causando materiam nubis calidissimæ. Cuius quidem causa est quia calor frigori contrarius est & ideo sicut frigus spissat nubem ita calidum distrahit & segregat eam præbens eam aptam undique frigori ad ingrediendum: sicut & corpora raræ substantiæ & porosæ facilius multum frigore læduntur quam corpora spissa & crassa quæ paucos & strictos habent poros: unde & corpora mulierum minus læduntur a frigore quam corpora uirorum & similiter corpora flegmaticorum quam colericorum & sanguineorum. Caliditate ergo nubis apperitur nubes & recipitur frigus ad interiora nubis in hoc autem caliduas uel calor est undique expansus in aere & ideo totum frigus in aere expellitur ad unum locum & uehementer multiplicabitur quod multiplicatum in nubem totum ingreditur & congelat aquam eius in grandinem. Sed in temperiebus frigidis frigus dispersum est in aere toto & ideo nusquam multiplicatur. Vnde locus proprius nubibus non habet tunc nisi communem aeri nisi contingat hoc per accidens secundum quod calidum uaporibus repellentibus undique aerem frigus ad locum nubium expellere tunc enim posset generari i hieme grando. Sed potest esse dubium quare non generatur grando tunc frequentius in æstate cum hoc tempus sit calidissimum & quare non frequentius in autunno generatur cum secundum solis ortum æqualis propinquitatis sicut etiam & tempus uernum. Et causa quare raro in æstate est quia calor solis tunc existens fortis plus secundum naturam consumit de humore quam eleuet non tunc exsiccat terram & aerem & consumit materiam grandinis & aliarum impressionum humidarum. In autunno uero præcedens æstas exsiccauit locum aeris & terram ita quod temperauit frigus autumni & non potest inducere paulatim humidum ad siccum quod æstas induxit. Sed in uere calor ueris inuenit in superficiæ terræ natans humidum quod frigus hiemis induxit tum ex pluuiis tantum ex conuersione aeris in aquam tum etiam exprimedo ex terra & ideo tunc agit in humidum & facit multam materiam uaporis humidarum: hæc albertus ubi supra. Et Et Ari.primo metheororum ubi supra ponit generationem grandinis & eius descriptionem dicit quod grando est aqua congelata uelut cristallus licet non ita forti congelatione. Mirum tamen uidetur esse ex quo aqua maxime congelatur i hieme quomodo grando quæ est aqua congelata non fit in hieme. Sed magis in uere & i autumno. Deinde etiam & in tempore fructuum quod est in fine æstatis rarius autem in hieme tunc fit quando minus frigus est in aere. Grandines autem uniuersaliter fiunt in temperatioribus locis niues autem in frigidioribus. Et ulterius in eodem ca. supra dicto dicit Ari. quod non est sufficiens dicere quod grando fiat per coagulationem a frigido absolute. quia tunc in altis montibus ubi fuerit niues maxime fierent grandines cum ibidem sit maxime frigidum congelans. Sed hoc est falsum grandines enim fiunt in loco dimissiori quam niues. Aliquando etiam uisæ sunt nubes prope terram cum maximo sono. Aliquando autem sine sono & statim cecidit grando icredibilis i magnitudine & non totunde figure. Et hoc est signum quod illa grando non fuerit generata multum longe a terra. Et hoc est aliud signum quod grando sic generata prope terram si cadat in figura non rotunda quod ex hoc conuincitur circum agitatur a terra ab aere & ideo descendit etiam sub maiori quantitate. Et calidum circunstans frigidum fortificat ipsum dicit Ari. ubi supra quod in æstate quando nubes frigida propellitur inferius ad locum ualde calidum fortificatur frigiditas nubis & i tantum quod nubis condensatur i guttis pluuialibus multum grossis. Vnde & grossiores guttæ descendunt in hieme. quam in æstate & celerius descendunt quandoque atque impetuosius. Et dicit Ari. quod grando generatur per expulsione nubis a loco frigido aeris ad locum calidum qui est circa nos ubi frigiditas nubis propter calidum circunstans fortificatur & amplius facta congelat aquam factam ex nube in grandinem: & tanto grandies sunt maiores & guttæ aquæ pluuiales sunt grossiores quanto per minus spatium feruntur in aere usque ad nos: grando etiam est repressio humida facta a circunstante calido & ideo tempus conueniens sic generationi est tempus calidum & humidum propter quod fit in uere & similiter in autunno quia autunnus est calidus ex æstate præcedenti & humidus propter approximationem ad hiemem. Similiter fuerit grandines in tempore maturationis fructuum. In æstate uero non fuerit frequenter quia est tempus nimis siccum: nec in hieme quia est tempus

frigidũ. Hæc Ag. de generatione grandinis. Ex p̃dictis patet qualiter generatur ros pruina nix & grando & huiusmodi ipressiones in aere humidæ. Restat ergo ulterius in hac distinctione dicere regulas particulares astrologoꝝ de niue & grandine & ponere modũ pronosticandi, de eisdẽ. Et quia astronomi in suis libris non multas regulas particulares posuerunt de rore nec de pruina & propter hoc quia neq; ex rore neq; ex pruina prouẽit aliquis effectus magnus in istis inferioribus quẽadmodũ prouenit ex niue & ex grãdine non pono aliquã distinctionẽ particularẽ de eis. Sed sufficiunt ad præsens pro roꝝ & pruinæ pronosticatione regulæ prius positæ i præcedẽti distinctione ubi determinatũ est uniuersaliter de oĩbus himbribus. Sed quia nix grãdo sunt effectus magni & a uulgo multũ notabiles ostendã tibi in hac distinctione qualiter sit pronosticandũ de eis secũdm diuersoꝝ astronomoꝝ opiniones.

℄ Capitulũ. 2. qualiter sit pronosticãdũ de niue per orbes magnos & coniunctiones magnas & eclipses luminariũ & quia ros & pruina non sũt multæ efficatiæ ad præsens sufficit de illis ubi determinatũ est de pluuia cõpetenter.

CVm uo'ueris pronosticare de niue & grandine. Prĩo oportet te inuestigare dominiũ orbis magni i quo fuerit iuxta doctrinã tibi traditã in tractatu primo distinctione prima ca. 4. oportet etiã te inuestigare diuisorem anni tui & signũ profectionis orbis magni & etiã gradũ profectionis prout dictum est prius ubi supra. Et postq̃ sciueris dominium orbis magni oportet te inuestigare dominiũ cõiunctionis magnæ & similiter dominiũ eclipsis. Si aliq̃ eaꝝ habuerit significationẽ super illo tempore p quo uolueris pronosticare de niue & de grandine. Et scies dominiũ cõiunctionis magnæ & eclipsis p ea quæ prius tradita sunt in tractatu primo distinctione. 2. & . 3. Dico q secũdum sentẽtiã ptolemæ. 2. quadripartiti ca. 8. & secũdm sentẽtiã albu. 5. de cõiunctionibus magnis dr̃ia. 1. si saturnus dominetur eo modo quo prædictũ est in tractatu prĩo in orbe magno uel fuerit diuisor orbis magni aut si dñeẽ in coniunctione magna. Siue in aliq̃ eclipsi luminariũ modis quibus prædictũ est & fuerit eius significatio in aere erunt magna frigora cũ glacie & magnæ niues & multæ tempestates. Et dicit albu. ubi supra q saturnus cũ prædictũ dominium obtinuerit & fuerit in tauro significat pluuias & niues incessantes. Itẽ secũdm albu. ubi supra. Saturnus prædictũ dominiũ obtinens si fuerit in scorpione significabit uehementiã frigoris hiemis & niues destruentes messes. Itẽ albu. ubi supra. Saturnus prædictũ obtinens dominiũ si fuerit in capricorno & fuerit eius latitudo septentrionalis significabit multas niues & multũ gelu cũ multo frigore. Itẽ secũdm albu. saturnus in aquario prædictũ obtinẽs dominiũ & retrogradus significat niues & uehementiã frigoris. Itẽ saturnus in piscibus sub radiis existẽs. secũdm hali i tractatu suo de existentia plãctaꝝ. de sub radiis solis niues significat ℄ Iuppiter uero secũdm ptole. & albu. ubi supra de sui natura nõ sigificat niues nec grãdines. Sed secũdm albu. ubi supra dr̃ia. 12. Iuppiter cũ fuerit in tauro prædictũ obtinens dominiũ significat multas niues i medio. 4. hiemalis. Itẽ iuppiter cũ fuerit in cancro prædictũ obtinens dominiũ significat multitudinẽ niuiũ in. 4. hiemali. Itẽ iuppiter in uirgine prædictũ obtinens dominiũ significat multas pluuias & niues & multũ frigus in. 4. hiemali. Itẽ iuppiter in libra prædictũ obtinens dominiũ sigificat multas niues i principio. 4. hiemal & usq; ad mediũ eius. Itẽ iuppiter in sagictario prædictũ obtinens dominiũ significat frigus & niues in medio hiemis. Itẽ iuppiter in aquario prædictũ obtinẽs dominiũ significat multitudinẽ pluuiaꝝ & niuiũ. Itẽ secũdm albu. Iuppiter in piscib9 prædictũ obtinens dominiũ significat niues in fine hiemis ℄ Mars uero cũ p̃dictũ dominiũ obtinuerit de sui natura niues nõ significat neq; grandines iuxta sententiã ptolemei & albu. Sed secũdm albu. ubi supra dr̃ia. 3. mars prædictum dominiũ obtinens si fuerit in aquario significat casũ niuiũ. Et si fuerit in piscibus prædictũ dominiũ obtinẽs sigificat habũdantiã pluuiaꝝ & niuiũ ℄ Sol cũ prædictũ dominiũ obtinuerit neq; secũdm naturã suã neq; secũdm cõmixtionẽ naturæ suæ cũ natura alicu9 signoꝝ significat niuẽ nec grãdinẽ iuxta sententiã ptolemei & albu. ubi supra ℄ Nec etiã uenus secũdm naturã suã significat niuẽ nec grandinẽ secũdm eos. Sed uenus prædictũ dominiũ obtinẽs si fuerit in ariete iuxta sententiã albu. ubi supra retrograda significabit grandines & tempestates.

Itẽ si fuerit in tauro retrograda prædictum ob. do. significabit etiã grandines secũdm albu. ubi pri9 ℄ Mercurius prædictũ obtinens dñiũ iuxta sententiã ptolemei & albu. ubi supra non significat grandinẽ neq; niuẽ de sui natura. Sed secũdm albu. ubi supra dr̃ia qnta. Mercurius prædictum obtinens dominiũ si fuerit in scorpione significat niues & frigus cũ superhabundantia pluuiaꝝ. Itẽ si fuerit in sagictario prædictũ opti. dñiũ & fuerit sub radiis solis niuosus & secũdm hali de existentia planetaꝝ de sub radiis ℄ Luna uero p̃dictũ opti. do. neq; secũdm naturã propriã neq; secũdm cõmixtionẽ naturæ suæ cũ natura alicu9 signoꝝ significabit niuẽ nec grandinẽ iuxta sententiã tam pto

lomæi & hali ubi supra ¶ Mõ dicã tibi regulas p
ticulares de niue & grandine sũptas ex eleuationi
bus planetarum super alios in diuersis signis secũdm
sententiã albu.6.de cõiunctiõibus magnis. Et no/
ta quod omnes regulæ sũptæ ex eleuationibus plane
tarum super alios in ariete ponunt in differentia
prima illius sexti libri albu. & etiã ponuntur ĩ dif
ferentia.2.illius libri.6.regulæ sũptæ ex eleuationi
bus planetarum super alios in tauro & sic deinceps.
Dicit itaq albu.6.de cõiunctiõibus magnis quod sa
turnus super iouẽ ĩ piscibus significat superfluita
tem pluuiarum & niuiũ & aquarum. Itẽ dicit albu.
ubi supra quod iuppiter super martẽ in tauro signifi
cat multã niuẽ in tempore suo. Itẽ. iuppiter sup
mercuriũ in sagittario significat niues. Mars ue
ro secũdm albu. non significat niues nec grandinẽs
cũ super aliquã planetarum fuerit eleuatus. Nec etiã
sol nec uenus eleuati super planetas significant ni
ues aut grandĩes. Sed secũdm albu. Mercurius sup
iouẽ ĩ capricorno frigus significat & niuẽ. Luna
uero super planetas eleuata secũdm albu. nec niuẽ si
gnificat nec grandinẽ Et albu.li...de cõiunctioni
bus magnis differentia prima dicit quod si luna con
tinuet saturno.i.cũ aspiciat de trino uel sextili as/
pectu significat habũdantiã niuiũ unde prouẽiet
a borsus mulierum & mors hominũ. Et messahalla
ca suo in epistola sua ca.11.dicit quod cõiunctioni sa
turni & martis si fuerit in signis terreis significat
niues & gelu & fortitudinẽ frigoris. Et secũdm sen
tentiam albu.septimo de cõiunctiõibus magnis
differẽtia prima. cũ fuerit retrogradus ascẽdẽs si/
ue locus alicuius coniunctionis magnæ uel alicu/
ius eclipsis in ariete aut cũ fuerit aries signũ profe
ctionis orbis magni aut fuerit in eo gradus profe
ctionis orbis aut peruenerit ibidẽ directio uel profe
ctõ aut cũ fuerit ibidẽ almutaz siue dñs dispõitor
alicuius temporum reuolubiliũ: erit uehementia fri/
goris in hieme & cũ niue & præcipue apud descẽ
sum solis in signũ libræ. Itẽ secũdm albu. ubi supra
dria.2. si signum tauri fuerit aliquod eorum quæ di/
xi erunt multæ niues in medio.4. hiemalis multũ
frigus cũ grandine distruente. Et albu. ubi supra
differentia.6. dicit quod cũ fuerit uirgis significatio/
nes quas prædixi erit.4. uernalis multarum pluuiarum
& niuiũ. Itẽ differentia.8. dicit albu. quod cum fue
rit scorpii significationes quas prædixi significat
niues. Et albu. ubi supra differentia.11. dicit quod cũ
fuerit in aquario significationes prædictæ augmẽ
tabitur frigus in quarta hiemali cũ multis nubibus
& uentis orientalibus nocentibus. Et nota quod oẽs
prædictas regulas de significationibus planetarum
& etiã signorum in initiis orbiũ magnorum & ĩ cõ
iunctionibus magnis & in eclipsibus debet obser
uare & in reuolutionibus annorũ mundi & ĩ ini
tiis quartarum anni & in omnibus coniunctioni
bus & oppositionibus & quadraturis luminariũ
cum de niue & grandine in eisdem temperiebus uo
lueris pronosticare. Et finitur hoc capitulum.

¶ Capitulum.3. qualiter sit pronosticandum de
grandine & niue per reuolutiones annorũ mun
di & per introitus quartarum.

Cum uolueris pronosticare de niue
& grandine per reuolutiones ãno/
rum mundi & per introitus quar/
tarum anni: oportet te primo inue
nire dominiũ anni & quartæ iuxta
doctrinam tibi prius traditã in tra
ctatu primo huius libri. distinctione.9. & secũdm
hoc pronosticare debes de prædictis per totũ an/
num & per totam quartam anni. Dicit itaq albu.
4º maioris introductorii. differentia.5. quod saturnus
cum præfuerit anno absq martis aspectu uel alte/
rius planetæ qui eum poterit impedire facit super
fluitatẽ frigoris in hieme in uniuersis regionibus
frigidis septẽtrionalibus & grauius hoc erit si fue
rit saturnus ascendens a medio circuli suæ augis.
Itẽ ulterius in eadẽ dria dicit albu. quod saturnus cũ
fuerit a sole in hieme in quibusdam coniunctio/
bus absq aspectu martis uel alterius planetæ ad
eos in fine signorum augebitur in frigore hiems &
in eius longitudine & forte multiplicabitur in eo
flatus uentorum septentrionaliũ frigidi niuis. Et si
fuerit saturnus ascẽdẽs difficilius appebit hæc albu
Ex his ergo quæ iã dicta sunt patet qualiter satur
nus in reuolutione ãni frigus significat secũdm uiã
albu. Si ergo hæc euenerint quæ pdicta sunt & in
hieme maximũ frigus apparuerit si tunc existente
frigore & præcipue si fuerit gelu & aliqd pluuiæ
signum est quod nix erit. Et uniuersaliter itelligere de
bes quod quotienscunq ĩ hieme fuerit gelu aut frigus
magnũ si tunc cũ hoc pluuia cadat illud quod tũc
pluet nix erit pro maiori parte. Vñ quotienscũq
per aliquas regulas astrologiæ pnosticaueris fri/
gus magnũ aut gelu in hieme si tunc pro eodẽ tem
pore propter alias regulas astrologiæ de pluuia
pronosticaueris pluuiã siue humorẽ: illud quod
pro tunc pluet signũ est quod nix erit & hoc debes in
telligere in quibuscunq aliis regulis de frigore &
gelu in hieme. Et dicunt albu.8. de coniunctioni/
bus magnis: differẽtia prima. Et hali abẽragel li.
8.ca.1. quod si saturnus habuerit dominium in reuo/
lutione anni & eius radii fuerint ĩ signis aereis. &
si luna tunc fuerit infortunata uel si fuerit ipsemet
in signis aereis ab eo significabit niues & grandi/
nes destruentes cum frigore & tenebrositate aeris
& uentos ualidos & similia. Et albu. in lib. expe
rimentorum suorum. cap. de dominio anni. dicit
quod saturnus cum pulsauerit in reuolutione anni so

lis super signũ cᵘ regionis. Et si absentes ab eo fue/
rint fortunæ. Et si cũ hoc cõmixtus fuerit ei mars
erunt niues multæ. Et albu. ibidẽ. Saturnus cũ fue
rit dominus anni & fuerit in tauro si tũc euene/
rit eclipsis lunæ significabit niues & pluuias super
fluas. Itẽ sc̃d'm albu. ibidẽ. Iuppiter cũ fuerit do
minus anni & fuerit in tauro significat multitudi
nem pluuiaꝝ & niuiũ in hieme. Itẽ iuppiter cũ
fuerit dñs anni & fuerit in uirgine niues & frigus
& tẽperamẽtũ aeris. Itẽ si iuppiter fuerit dñs ani
& fuerit in libra significat niues & frigus ĩ princi
pio hiemis. Itẽ dicit albu. ubi supra. Mars cũ fue
rit dominus anni & fuerit ĩ aquario habundabũt
niues & pluuiæ. Itẽ mercurius cũ fuerit dominᵘ
anni & fuerit ĩ geminis significat multitudinẽ ni
uium. Et si fuerit ĩ scorpione multiplicabũtur plu
uiæ & niues: & similiter si mercurius fuerit in sagi
ctario multiplicabũtur pluuiæ & niues. Et similr
si mercurius fuerit in sagictario multiplicabũtur
pluuiæ & niues: hæc albu. ibidẽ. Itẽ albu. ibidẽ in
libello suo de floribus ca. de terremotu & diluui
is dicit ꝙ cũ fuerit saturnus in signis primaꝝ cõ/
iunctionũ & in ascensionibus eoꝝ aut proiecerit
radios suos in ea ex oppositione aũt .4ᵒ. aspectu.
Et si ipse fuerit cũ hoc impeditus & fuerit ĩ signis
terreis faciet frigus & niues cũ tenebrositate aeris
& corruptione eius & flatu uentoꝝ & ualidoꝝ.
Et hæc regula concordat cũ illa q̃ prius allegabã
ab albu. 8. de cõiũct. magnis. & ab hali abẽragel
li. 8. Itẽ dicit alkin. & ponitᵘ ĩ fine li. nonẽ iudicũ
ꝙ dñi cõuẽtus aut oppositiõis pc̃edentis ãni prin
cipiũ aut q̃rtæ cũ quo fiet applicatio notabis: ipsiᵘ
cui stellæ cõmunicatio prout supra dictũ est facta
ea quæ futura sunt exponit. Non minori antẽ at/
tentione curandũ est cũ quo ascendit gradus con
uentus domini ascẽdẽtis ãni dñi fiat applicatio.
Amplius grandinis aut himbriũ aut siccitatis dux
& dator ãni aut q̃rtæ conuentũ aut oppositionẽ
respiciens ipsius etiã stellæ cuilibet applicatiõe fa/
cta quæ eiᵘ naturã sequit̃ significat iminere & p̃/
cipue ĩ termio aut domo ipsius cui applicat natu/
ræ cõsentanea locatus. Vnde & ĩ tali casu saturnᵘ
nebulas & aeris obscuritatẽ & grandinẽ multipli
cat. Et hãc regulã alkindi debes similiter obserua
re in omnibus coniunctionibus & oppositioni/
bus luminariũ per totũ annũ. Itẽ sc̃d'm alkindũ
ubi supra. In cõuentu ãni ascẽdẽs statue nõ minᵘ
& cẽtra. 12. equa mẽtis attẽtione notato. Et uidea
tur si acciderit aliq̃ aptio portæ eo mõ quo dictũ
est prius tractatu primo distinctione. 10. ca. 9. &
prout frequenter dictum est in isto tractatu sc̃d'o
Tunc si ascribat̃ administratĩo in huiusmodi ap/
tio portæ saturno grandinẽ dimittit sc̃d'm alkidũ
ubi supra & aerẽ obnubilat. Et debes etiã obser/
uare hanc regulã de apertionibus portaꝝ in om
nibus coniunctionibus & oppositionibus & qua
draturis luminariũ per totũ annũ. Itẽ dicit her/
mes in quodã ca. de cognoscendo dominũ anni
&c ca. 4. 8. libri hali aben ragel ꝙ quando mars in
reuolutione anni iniunctus fuerit cũ uenere signi
ficabit niues & frigus. Itẽ alkindus ĩ epistola sua
ca. 6. dicit ꝙ quando sol iuppiter & saturnus sunt
in aliquo signoꝝ aquaticoꝝ & cauda cũ illis fue
rit aut uenus timendũ est in illa parte signi de plu
uiis multis & torrentibus & hoc cum coniunctæ
fuerit in hieme. Et si ĩ æstate erũt nubes & grando
¶ Restat modo dicere regulas de grandine & ni
ue p̃ omnes q̃rtas anni ptolemæus. 2. q̃dripartiti
ca. 12. ubi. s. determinat de dominio anni non po
nit aliquas regulas particulares expresse de niue
& grandine nihilominᵘ sc̃d'm sẽtentiã ptolemæi
& hali ibidẽ. Vide si planetæ qui dominantur in
loco coniunctionis uel oppositionis præcedentis
introitũ solis ĩ quẽcunq; punctoꝝ cardinaliũ aut
qui dominantur in angulo sequente locũ coniun/
ctionis uel oppositionis prædictũ. Si omnes illi
dominatores fuerint frigidi & humidi uel maior
pars eoꝝ. Et si in signis frigidis & humidis extite
rint & loca pricipalia prædicta fuerint frigida &
humida signa. Et si cum hoc prædicti domini fue
rint coniuncti cũ planetis & stellis fixis frigidis &
humidis & ab eis aspiciantur signũ est frigidita/
tis & humiditatis illius q̃rtæ ãni. si cũ hoc concor
dauerit natura illiᵘ q̃rtæ. Et maximæ si fuerit q̃rtæ
hiemalis unde si ĩ hieme p̃ hanc regulã ptolemæi
pronosticaueris frigus & humorẽ si tunc fuerit fri
gus magnũ & præcipue gelu in hieme si contingit
& cũ hoc si pluuia ul' humor ceciderit id quod plu
et circa tempus signũ est ꝙ nix erit. Et hæc etiam
intelligere debes quotiẽscũq; per aliquas regulas
astrologiæ pronosticaueris in hieme frigus ma/
gnum uel gelu & humorẽ simul. Et alkindus ĩ epi
stola sua ca. 5. dicit sic: considera naturã temporis
anni & inspice ad naturã ueneris & martis si fue
rint frigidi & humidi aut calidi & humidi & in/
ter eos sit applicatio ab opposito aut ab aliquo
centroꝝ prænominatoꝝ & fuerit illa applicatio
latitudo eoꝝ una & fuerint continui cũ sole aut
unus eoꝝ considera applicationẽ lunæ cũ sole in
aliquo centroꝝ prænominatoꝝ & concordan/
tiam. s. si fuerit lunæ natura similis naturæ illoꝝ.
illud est signũ aquæ. Sed uis sua & debilitas si con
cordauerint illis duabus hæc fieri & non erunt re
trogradi & erit illud tempus æstiuale aut uernalæ
erit eni aqua multũ fortis & cũ hoc tonitruũ uen/
tus & grando multa. Et erit multitudo & pauci/
tas sc̃d'm propiquitatẽ uaporis terræ & frigidita
tis uenti & caliditatis sc̃d'm ꝙ concordauerit la
titudo lunæ & mansio sua a solæ & pars & natu
ra temporis hæc alkindus ibidẽ. Itẽ dicit alkin

dus postmodũ in eodẽ ca. ꝙ si fuerint omnes septem planetæ figurantes pars eoꝝ partis cũ natura & erit pars eoꝝ de partis in centris prædictis & concordauerit ꝙ sint retrogradi in hieme & i autũno & in inclinatione meridionali erit de ronib⁹ & pluuiis ꝙ interficient populos & ciuitates & climata præter pauca. Et si fuerint in æstate & ne re retrogradi in inclinatione meridionali erit sile nisi ꝙ non comunicabit res cum omnibus locis & erunt cum hoc tonitrua & fulgura & grando fortis: hæc Alkindus. Itẽ leopold⁹ tractatu.6. dicit ꝙ cũ luna & Mars sunt in humido signo & alter iferioꝝ solẽ aspiciat & martẽ nubila erũt terribilia: lãpades quoq; & tonitrua & grãdo & præcipue si mars aspiciat saturnũ uel iouẽ uel solẽ & fuerit Mars dispositor tẽporis: hæc leopold⁹. Et in cælo sunt quædã partes quæ ratione stellaꝝ fixarũ in eis existentiũ significãt niues & si loca magnarũ coniunctionũ uel eclipsiũ fuerint in eis aut ascendentia eaꝝ: aut ipse partes cæli fuerint loca coniunctionũ uel oppositionũ luminariũ præcedentiũ introitum anni aut quartæ eius: aut ascendentia annoꝝ aut quartaꝝ anni aut cũ fuerit anni locoꝝ pricipaliũ supradictoꝝ. Dicit itaq; ptolemæus.2. quadripartiti ca.5. ꝙ partes præcedentes signi scorpionis sunt cõmixtæ cũ nẽto & niue & faciunt uenticiniũ. Et secũdm hali ibidẽ. Ille partes sũt de natura saturni. Itẽ dicit ptolemæus ibidem ꝙ aquarii signũ generaliter infrigidat & ẽ aquaticũ. Et eius partes meridionales uẽticiniũ faciũt. Et secũdm hali: illæ partes meridionales aquarii sunt de natura saturni. Hæc ptolemæus & hali ibidem. Et plures sunt partes cæli quæ secũdm ptolemæum ubi supra faciũt frigus & humorẽ: unde in hieme uidentur ꝙ debent significare niues prout frequenter dictũ est in hac distinctione. Si fuerit in hieme signũ frigoris magni & signũ pluuiæ & humoris pro eodẽ tempore signũ est ꝙ illud quod pluet tunc temporis erit nix & præcipue in locis multũ frigidis cuiusmõi sũt loca i partib⁹ borealibus & loca montuosa cũ uento etiã boreali ul saltem cũ aliquo uento sibi collaterali & etiã in multis partibus cũ uento orientali. Et si hæc omnia simul uideris concurrere signũ est niuis multũ notabile. Et hanc regulã semper debes miscere siue has circunstantias cũ omnibus regulis de niue positis ab astrologis & finitur hoc capitulũ.

¶ Capitulũ quartũ qualiter sit pronosticãdũ de niue & grandine per coniunctiones omnes & oppositiones & quartas luminariũ.

c

Vm uolueris pronosticare de niue & grandine per omnes cõiunctiones & oppositiones & quadraturas luminarium. Primo sciendũ ꝙ nõ oportet pronosticare multũ de niue ut cõmuniter nisi i hieme uel i principio ueris uel in fine autũni eo ꝙ in aliis partib⁹ nõ frequenter accidit nix. Grando etiã prout prius allegatũ est ab Aꝝ. frequentissime accidit in uere & in autũno raro tamen in æstate aut in hieme. Unde ad pronosticandũ de grandine & niue primo respiciendũ est si concordet natura tpis sui ꝑ quo ꝓnosticare uolueris: & deinde ꝓcedẽdũ est ad regulas astrologiæ particulares significãtes niuẽ & grandinẽ. Primo ergo si uolueris iudicare de niue & grandine alicuius mensis uel medietatis aut quartæ mensis uide regulã prius positã in ca. ꝓcedente a ptolemæo & hali elicitã.2. quadripartiti ca.12. uidelicet si pl'etæ qui dñantur in loco cõiunctionis uel oppõnis uel q̃draturæ lũinariũ: & silr q dñant' in angulo seq̃nte quẽlibet illoꝝ dictoꝝ locoꝝ. Si oẽs illi pl'etæ fuerit frigidi & hũidi uel maior pars eoꝝ & ꝑcipue si saturn⁹ in dictis locis dñetur q specialr niues & grãdines efficit ꝓut patet ex prædictis ab alkindo i fine libri.9. iudiciũ & a ptolemæo.2. q̃dripartiti ca.8. ac etiã si loca principalia prædicta fuerint principalia signa frigida & hũida: & si cũ hoc fuerit prædicti dñi cõiuncti pl'etis uel stellis fixis hũidis uel aspiciant' ab eis signũ est niuis in locis frigidis. Si hæc omnia in hieme concurrant. Item secũdm sententiam iafar de pluuiis capitulo.6. si in coniunctione uel oppõne uel quadratura luminariũ luna marti applicuerit nubes tonitrua & grãdines significat. Itẽ alkid⁹ in ep'la sua ca.6. dicit sic qñ sol iuppiter & saturn⁹ sunt in aliquo signoꝝ aquaticoꝝ & cauda cũ illis aut uenus timendũ erit in illa pte signi de pluuiis multis. & hoc cũ adiũcti fuerit in hieme. Sed si in æstate erũt nubes & grandines & erit hoc secũdm mansionẽ lunæ cũ illis. Et abrahã auenezra i libro de reuolutionibus. ca.13. dicit sic. Aspice in principio cuiuslibet mẽsis. Si dñs ascendẽtis est iuppiter uel mercuri⁹ & aspiciãt se & fuerint i amicitia & partibilitate signi ascẽdẽtis & sint i anglis & aspiciant se de q̃rto uel opposito & alter eoꝝ erit de signo terreo significabũt grãdinẽ & tẽpestatẽ. Itẽ i oĩ cõiũctione & oppõne & q̃dratura lũiariũ respiciendũ ẽ ad regulã freq̃ẽter recitatã de aptionibus portaꝝ. Si ergo i ꝓdictis figuris lũiariũ fuerit alia aptio portaꝝ eo mõ quo dictũ est. & si in huiusmodi aptione portaꝝ admĩstratio ascribat' saturno & secũdm alkindũ i fine libri.9. iudiciũ grãdo erit cũ m'ltis nubib⁹ i aere. Et debes obseruare omnes regulas de frigore & hũore in hieme & ꝑcipue si cũ hoc fuerit gelu uel frigus magnũ. Si eni omnia ista significentur ꝑ dominiũ alicuius coniunctionis uel oppõnis ul' q̃draturæ luminariũ in hieme signũ erit ꝙ illud quod tunc pluet erit nix prout dictũ est prius: & finitur hoc capitulũ.

¶ Capitulum.5.qualiter sit pronosticandũ omni die de niue & grandine.

CVm uolueris scire quid sit quolibz die de niue & grandine in tempore conuenienti uide si pro ipsa die sit signum magni frigoris, Et pro tunc fuerit signum pluuiæ illud qđ pluet erit nix ut cõiter & præcipue in locis septentrionalibus multũ frigidum & in locis montuosis. Item dicit alkindus in epistola sua.cap.7.cũ uolueris scire quid sit quolibet die de pluuiis uentis tonitruis & grandinibus accipe signa de sole ad saturnũ & pice de signo lunæ & ubi terminabitur numerus: uide quis planeta sit i illa domo dominus. Si fuerit domus saturni erit illa dies frigida: & quia saturnus sigñficat niues & grandines ut prædictum est. si tunc saturnus dominetur in signo illo ubi numerus terminatur signum erit niuis uel grandinis in illo die si tempus anni fuerit ad hoc conueniens. Item uide regulas illas prius positas in distinctione.2.capitu.4°. de frigore: & etiam regulas prius positas in distinctione imediate præcedente uel capitulo .5. de humore & himbrib⁹. Quæ quidem regulæ ponunt̃ prius a linconien. in tractatu suo de temperie aeris: & etiam ponuntur in exafenon. Item uide illas regulas de himbribus & frigore aeris quæ ponuntur a trimegisto libro.4.capitulo.1. & similiter libro.5.cap præcedenti. Item etiam quæ ponuntur a dorotheo aomar in fine libri noue iudicũ. Et similiter quæ ponuntur ab alkindo i fine libri noue iudicũ & in epistola sua in diuersis capitulis. Et quæ similiter ponuntur ab hermãno in tractatu de himbribus & a leopoldo in tractatu suo. sexto sui libri. ac etiam uide omnes regulas astrologorum quas prius posui in duabus distinctionibus prædictis huius tractat⁹ secũdi. de quottidiãno frigore: & similiter de quottidiãis himbribus siue humore quottidiano. Si igit̃ pro aliquo die pronosticationis magnũ frigus siue gelu & cũ hoc humorẽ siue himbres pro eodẽ die p illas regulas astrologiæ pronosticabis & niuem pro illo die & tempus anni ad hoc conueniens fuerit p ut dictũ est pri⁹. s. pronosticabis niuẽ uel grandinem pro eodẽ die si tp̃s ãni ad hoc conueniẽs fuerit p ut dictũ est pri⁹ sic p nosticabis niuẽ p illo die Si fuerit ista dies in hieme & similiter grandinem in tp̃e conuenienti grandini. Sed de grandine difficilius est pronosticare q̃ de niue propter causas prius positas in capitulo primo de generationibus huius distinctionis eorundem. Item dicit frater qui uocat se perscrutatorẽ in tractatu suo de temperie aeris s. cõclusione.2. q̄ sol in exaltatione promittit grandinẽ. sed nec niuẽ nec gelu si sit in termino martis nisi sit in locis montanis. De quibus añt exaltationib⁹ loquitur frater uide ibi pri⁹ tractatu primo huius libri. distinctiõe.10. ca .4. Et dicit frater ubi supra q̄ putei sũt maxĩe frigidi. de inde exaltationes cõiunctiones & exaltatio martis & omniũ planetaꝝ & exaltationes particulares. Itẽ dicit frater q̄ in tempore hiemis si sol nõ sit in termino martis ois applicatio ad saturnũ in puteo facit gelu præter lunã quæ non habet morã cũ eo: & tunc illud quod nocte cadet est congelatũ ad modũ extremorum straminum & cadit cuz tali sonitu subtili. Consimiliter omnis aspect⁹ planetæ ad planetã in puteo facit gelu: tũc & quicqd pluit in montanis nostris est nix. In tali aũtẽ forma scd̃m gradus alicuius exaltationis fit grando. Minor eñi causa frigoris facit grandinem q̃ niuẽ

Item saturnus solus in puteo si sol non sit in termino martis continue facit gelu: & omne qđ tũc cadet est nix. Alii autem planetæ non sic. Itẽ cuz sol est in puteo tunc luna infra eius radios in aliqua exaltatione facit niuẽ in montanis & sic facit cum aliis planetis scd̃m exaltationes aliquas. Et nota q̄ per omnes regulas indicantes magnũ frigus & magnũ gelu in hieme in concursu regularũ significantiũ humores & himbres pro eodẽ tempore poteris pronosticare in locis multum frigidis gelu in hieme & similiter grandinẽ in tempore sibi conuenienti. Vnde diligenter respiciendũ est ad regulas causa frigoris q̃ himbrium q̃ pluuiarum siue humorũ ad pronosticandum de niue & grandine. Vnde & istæ regulæ iam dictæ i ista distinctione non sufficiunt ad pronosticandũ de niue & grandine nisi habendo respectũ ad regulas prius positas in isto tractatu de frigore & gelu & de himbribus & pluuiis & humiditate aeris & inter cætera respiciendum est ad naturam temporis anni: & similiter per regulas iam positas de niue & grandine pronosticandũ est.

¶ Capi.6.de signis p nosticis niuis & grãdinis.

m

MOdo in hoc capitulo restat ponere signa pronostica niuis & grãdinis Dicit itaq; ptolemæ⁹.2. qdripartiti.cap.7. q̄ si signalia in aere apparentia circa luminaria hora alicuius eclipsis luminariũ: & eadem ratione hora cuiuscunq; coniunctionis magnæ uel hora inceptionis aliquorum temporũ reuolubilium: uł si caudatæ stellæ aut aliæ stellæ secũdæ in aere appentes tũc temporis fuerit coloris nigri uel uiridis ea quæ saturni naturam imitari diximus significabũt. Sed scd̃m sententiã ptolemæi ibidẽ cap. præcedente. s. ca.8. & scd̃m sñiam albu. 5. de cõiũctiõib⁹ magnis dicit̃ prio & p alkin. i fi. li. noue iudicũ. & p alios multos astrologos. Saturn⁹ specialiter significat

niues & grandines: igitur signalia in aere prædicta prædicto modo colorata niues & grādines significāt tēporibus eis debitis. Et hali sup centilogo ptolemæi in fine dicit q ista cometa quæ dicitur nigra ē de natura saturni & eius color est magis ceruleus q̄ niger. Ipsa ergo cum apparuerit significat niues & grandines temporibus conuenientibus quæ etiā sunt de significatione saturni prout dictum est. Et dicit albumasar .5. de coniunctionibus magnis drīa ultima q si apparuerit aliqua stella comata in æquidistātia signi arietis & a parte occidētis significabit multas plu. & inundationes fluminū & niues. Itē secundum albumazar ubi supra: si apparuerit aliqua cometa i directo capricorni significabit superfluitatem niuis & grandinis. Et secundum albu. ibidem: si apparuerit illic in parte orientis significabit niues & pluuias. Et ptolemæus .2. quadripartiti cap. ultimo. dicit q si sol niger apparuerit in ortu suo uel in uiriditatē uel nauerit uel cum nubibus occiderit uel circa ipsum unus uel duo circuli fuerint siue circa nubes quæ soles appellatur humectat casūq nubiū radii declinantes ad uiriditatē uel ad nigredinē aerem hiemalē & pluuias iudicabunt: hæc ptolemæus. Vnde ut uidetur si hæc omnia in hieme contigerint cū magno etiam frigore erit signum niuis. Nā dicit hali super eodē loco q sol quando est ascēdens uel occidit uel apparuerit niger uel uiridis demonstrat q fumositas quæ ē circa eū est de natura saturni. Sed cum saturnus significat niues uel grandines ut prius allegatum est: sequitur q si sol i hieme sic apparuerit & fuerit magnū frigus sine gelu q erunt niues uel grandines i temporibus conuenientibus. Item ptolemæ. ubi supra conuenit etiam ut inspiciamus ad lunam & ad locū eius tertia die ante coniunctionem uel oppositionem & tertia die quando sit in media luce. & .3. die post quēlibet istarū horarū. Si ergo in istis temporibus ipsa luna nigra apparuerit uel uiridis uel spissa hiemalē aerem & pluuiam significabit. Sed secundum hali ibidem significat tunc q fumositas quæ adiungitur circa eam est de natura saturni: ergo significabit niues & gradines quæ sūt de significatiōe saturni in tēporib9 sibi conueniētibus sicut prius dictum est. Item dicit ptolemæ9 ubi supra: conuenit etiā ut circulū qui circa lunam formatur. attendamus q si duo uel tres circuli circa eā fuerint hiemalē aerem demonstrabunt. Et si turbidi aut spissi fuerint hiemalē aerē per uenticinum esse iudicabunt cum grandine minuto. Cūq plures circuli fuerint plura erunt accidentia secundū hoc quod prædiximus. Itē dicit ptolemæus ibidem q circuli qui circa erraticas & nō erraticas lucidas apparuerint demonstrabūt res concordantes cū coloribus circulorum & cū naturis eos cōprehendētibus: hæc ptole. Patet ergo secundū ptole. q eodē modo sit indicandū per circulos circa lunā. Si ergo illi circuli circa planetas & stellas fixas lucidas sic fuerint sicut prius dictum est de circulis circa lunā: hæc eadē quæ dicta sunt significabunt multa alia signa tempestatū & hiemalis aeris sumpta ex his quæ apparent circa luminaria & alias stellas quæ ponuntur a ptolemæo uirgilio & ab aliis quæ etiā tibi indicaui in distinctione præcedente. Si ergo illa signa occurrerint in hieme in tempore gelido uel in frigido ualde q̄ plurima eorum niuē & grandinē significabunt. Itē in partibus terræ circa mare. Si multæ nubes albæ appareant ac si esset terra siue mare uel saltē in horizōtis parte quæ est uersus mare. Et si sic apparuerit i uespere p duos dies uel .3. continuos & pcipue i tempore hiemali & multū frigido signū est niuis. & hoc satis expertū est in partibus meis. s. in partib9 borealibus angliæ. siue in northūbria quæ sita est supra mare ex parte orientis & eadē ratione hoc est uerū in quacunq alia parte angliæ quæ circa est illud idē mare. Itē dicit albertus .2. metheororū tractatu primo .c. 17. q cū aer turbidus ē claratur bationē ad albedinē in superioribus aeris declinante signū accipit. Vulgus q illa nubes quæ tūc turbat serenitatē aeris est nubes niuis quia nubes pluuiæ esset obscura & magis spissa & magis trahens ad unū locū aeris. Sed cū nubes niuis multū habeat mixtū de aereo & iō alba & sic præoccupata frigore ante multā spissatōnē & iō sparsa per aerē & inde uisus diffunditur per ipsa. Itē dicit albert9 ubi supra q aliud signū pronosticum niuis est cū sentitur aer calefieri aliquantulū ponit uisionē talis nubis in hieme tunc enī pronosticantur in proximo niuē uenturā: cu9 causa est quia iā calidū nimis cū aereo inducto paulati incipit expelli a nube & hoc est cū iā incipit congelari post qd' proximæ sequit' descensus niuis. Ex his patet quare cū ningit uidel3 obscurū ē cælū alba q̄dā obscuritate. S3 cū pluit est nigrū nigra obscuritate. Et hoc neq nisi raro q si nubes niuosa sparsa est & demonstrata pluuiosa aut contracta est & quasi ad aquā reducta & iō minorē locū occupat q̄ niuosa hæc albertus ubi supra. Et nota q cū signa pluuiæ fuerit multa & fortia cū calore uel frigiditate temperata tunc pluuiam designabunt. Sed si ipsa signa pluuiæ fuerit multa & fortia & cū eis apparuerit signa multa & fortia uel cū eis fuerit frigus i actu multū excellens & præcipue in hieme tunc niuem designabunt & grandinē in tempore conueniēti.

Itē signa pluuiæ si pauca & debilia fuerint cū calore uel frigiditate temperata tunc significabūt copiam roris uel nebulā uel saltē obscuritatē aeris & dispositionē ad pluuiā multū propiquā. Si aūt fuerit pauca uel debilis cū frigiditate notabili uel cū signis fortibus ipsi9 gelu tūc significabūt pluuiā

Signa autem pluuiæ circa æquinoctia sicut circa martium uel septembrem pluuiam uel grandinē significabunt sub distinctione. & prout allegatū est prius ab Aristotele primo metheororū.cap.6. nix generatur in loco & tempore multū frigido. s.in hieme & in locis septentrionalib⁹ & similiter in locis montanis. Sed secūdm Aristotelē ibidē: grando generatur in locis & tempore temperatis & maxime generat̄ frequentius in tempore ueris & autūni. Et similiter in tempore maturationis fructuū. Minus autem in hieme & i æstate. Et nota ꝙ grando ueniens in hieme est minorū partiū & magis rotundarum & magis etiā albarum q̄ grando ueniens in uere uel in æstate uel in tempore autūnali. Excessus uero niuis præteritæ appræhendi potest ex hoc ꝙ aquæ fluuiales sunt multuȝ maiores excessiue q̄ solebant. Itē ꝙ multæ paruæ aues sicut passeres capiantur. Item ꝙ animalia siluestria sicut cerui & damæ sint magis macræ q̄ solebant & in siluis moriantur plura eorum.

Excessus uero grādinis scitur ex destructione segetū & herbarum. Dicit enī albertus.20.metheororū tractatu primo.capitu.15. ꝙ grando cadens non solum destruit fructus quos inuenit sed impedit fertilitatē terræ in sequenti anno & ea quæ percutit reddit inutilia:qd̄ non facit gutta pluuiæ magnæ nec nix:huius causa dicet̄ in distinctione.10. huius tractatus.ubi tractabitur de caristia ānonæ. Et dicit prædictus albertus ubi supra ꝙ aquæ niuis resolutæ fœcundāt terram & faciunt crescere semina quia calidū egrediens paulatim temperat in eis frigiditatē & bonæ sunt cōmixtionis cum aereo terrestri·hæc ille. Ex his ergo patȝ ꝙ nix herbis & plantis prodest & non nocet nisi solum ratione suæ humiditatis in quibusdā campis & etiam ratione nimii frigoris. Si acciderit simul cum niue. Sed grando ut dictū est nocet eis:pruina uero si magna fuerit & diu durans in uere seminib⁹ tunc satis solet nocere:ros uero plus prodest q̄ nocet.& finitur hæc distinctio de niue & grandine.

¶ Incipit distinctio.6.de uentis & tempestatib⁹ & continet septem capitula. Capl'm.I.de generatione & origine uentoꝝ.

Postq̄ in præcedentibus distinctionibus hui⁹ tractatus secūdi determinatū ē de calore & d' hibrib⁹ pluuiis nubulis & humiditate aeris & de frigore & siccitate & de niue & grādine & aliis impressiōib⁹ humidis in aere:& quia non potest haberi cognitio de prædictis accidentibus nisi habita cognitione de uentis eo ꝙ uariatio uentorū est maxima cā uariationes cuiuscunq; temperiei aeris. Intendo in hac distinctione ponere regulas particulares de uentis & tempestatibus simul cū regulis uentorū & quia tempestas nunq̄ est sine uento:quotienscūq; enī fuerit pluuia uel nix uel grando multū excellens:aut quotienscūq; himber excellēs fuerit. si nō fuerit cum hoc uentus non dicitur esse tempestas Sed si fuerit pluuia multa uel nix grādo multa cū uento calido:tunc dicitur esse tēpestas in aere. Itē si non fuerit nisi modica nix uel pluuia uel grādo sed si cū hoc fuerit uentus ualidus adhuc dicitur esse tempestas unde tempestatē maxime efficit uentus. Vnde ideo in hac distinctione de uentis & tēpestatibus simul intendo loqui. Isidorus uero.15 etymol. ca.16. dicit ꝙ tempestas aut pro tempore dicit̄ sicut dicere historiographi solent dū dicunt ea tempestate aut a statu cæli quia magnitudīe sui multis diebus oritur. Iste uero secundus modus tempestatis quē ponit isidorus est magis ad ꝓpositū q̄ primus & a uento sumit originē. Vnde & aeris simul tractandū est & in hoc cap.1. huius distinctionis intendo ponere descriptionē uenti & generationē eius secūdm diuersas opiniones ac etiā ulterius in hac distinctione ponā numeruȝ & positionem & ordinē uentorū & eorum naturas secūdm antiquorū dicta:& ulterius dicam quæ planetæ & quæ signa in cælo quos uentos moueant. Ventus aūt secūdm sententiā isidori.13.ety.cap.13. & secūdm sententiā iohānis ianuensis in suo catholicon dicitur a uenio uenis quia ueniat uentus & quia uolatus & uehemens sit & uiolentus ueniat Vis enī eius tanta est ut dicit isidorus ut non solū saxa & arbores euellat. Sed etiam cælū terraq; cōturbat & maria cōmoueat. Quidā autē philosophi antiqui dixerint uētū esse aerē agitatū de quorū nūero fuerat isidorus & seneca & beda & plures alii q̄ quidē opinionē improbat Aꝝ.2°.metheororum ca.8.s.de spiritibus aut dicamus &c. Dicit itaq; isidorus.13.etymologi.capitulo.13°. ꝙ uentus est aer cōmotus & agitatus & pro diuersis partibus cæli nomina diuersa sortitus est. Et seneca libro quarto naturalium quæstionum dicit ꝙ uentus est fluens. Et dicit ꝙ quidam ita diffinierunt: Ventus est fluens aer cū impetu in unam partem. Et hæc diffinitio est diligentior q̄ alia qa nunq̄ aer tam immobilis est ut non in aliq̄ sit agitatione aut immobilis existat omnio:qd̄ patet ex hoc quia cum sol in aliquem clausum locum infusus est:uidemus corpuscula minima i aduersū fieri alia sursum alia deorsum uacua concursantia: unde cuȝ parū diligenter comprehēdit ꝙ uult qui dixerit flux⁹ ē maris agitatio sic nec i hic. Si dicat

uentus est aer in unam partem fluens aut aer fluens impetu aut uis aeris in unam partem euntis uel ruentis aut cursus aeris aliquo concitatore. Ex his uerbis senecæ patet ꝙ nulla istarũ diffinitionum sit sufficiens. Sed illa prius dicta s. uentus est aer fluens cum impetu in unam partem: & dicit seneca in unã partem fluens quia illud quod fluit in unam partẽ fluit. nemo enim aquam fluere dicit: sed tantũ intra se mouetur. Sed si in unã partẽ fertur. Et dicit seneca ꝙ mouens aerem est aqua fluens uel uapor ab aliqua eleuatus & in montibus primo interclusus: & deinde cũ montes ipsum capere non possint ad unã partem ubi uia liberiora est euadens & in illam partem aerem impellens. Et huius signũ dicit esse ꝙ maxime uẽtus uenit ab illa parte ubi aquarũ & montium est plurimũ: q̃a plana licet habundent aquis carent tamen aura quæ uentũ facere possit. Ex his uerbis senecæ patet ꝙ ipse uult ꝙ illud quod pellit aerem est uapor aqueus collectus & ꝙ ipse aer sic percussus & agitatus sit uentus. Et huic opinioni senecæ cõcordat opinio bedæ. libro primo de temporibus. ubi sic dixit. Ventus est aer cõmotus & agitatus sic flabello breui potest approbari: nec aliq̃d intelligit̃ ꝗ̃ fluctus siue cõmotio aeris ꝙ ut clemens ait ex quibusdã montibus uelut compressus & coãgustatus ordinatione dei cogitur & exprimitur in uentos ad excitandos fructus æstusq; temperandos: hæc beda. Et hermes trimegistus libro quarto. cap. 2. dicit ꝙ ex uelocitate firmamenti & calido motu solis impulsus aeris oritur. Ex impulsu fructus maris generatur ex quibus motus nascitur qui uentus dicitur. Si autẽ cauernas terræ subintrauerint uenti & exierint in se tumidi cõmotus augmentatur. Vnde & maior eorũ motus & tẽpestuosus proiciatur: procreatur hinc cicilia q̃a cauernosa est uentorũ regio dicitur hic trimegistus. Et gulelmus de conchis in sua philosophia: libro. 3. dicit sic. Aliquando fumus euaporat de terra cũ quo particulæ terræ & aquæ eleuantur quæ naturali motu ad centrũ uolunt descendere. Sed impetuosiũ ascendentis in contrariũ mouentur ex qua fluctuatione aeris in aliquã partẽ mouetur & fit uentus. Etiam dicit prædictus gulelmus ubi supra ꝙ terra cauernosa est utpote naturaliter sicca: subintrat ergo una pars aeris cauernas terræ & altera exire laborat: ex quo conflictu aer cõmotus uentũ generat inde est ꝙ cicilia quæ ẽ cauernosa regio uentorũ dicitur. Itẽ ubi supra dicit prædictus gulelmus ꝙ nubes superiores ruptæ uẽtos generant quia fuit hoc modo. cũ enim corpora diuisa terreno uapore ab infimo ascendant quædã eorum sunt calida & quædam frigida quædam humida & quædam sicca. Cũq; in unum sunt conglobata quædã concauæ nubes efficiuntur inter quas interualla fistula in modum tibiæ relinquuntur. Angusta quibus tenuis intercluditur subit: quia maius desiderans spacium sibi obstantia scindit & in uentum erumpit & hic uentus est procelosus quia strane emittitur: & cum descendit alios uentos quos repperit secum trahit. Item gulelmus ubi supra dicit ex refluxionibus occeani uentos nasci hoc modo. Cum duæ refluxiones in occidente in illo s. fonte totius humoris. Vna s. ad septentrionẽ: & alia ad austrum diuiduntur in tantum ut aquarũ separatione aer mouetur. Et si tãtus fuerit impulsus ꝙ usq; ad nos puenerit generat̃ uẽtus q̃ uocat̃ zephirus. Duæ uero refluxiones quæ in eleuce diuiduntur simili modo generant uentũ qui eurus uocatur. Cũ uero occidentalis & orientalis se ad septentrionẽ urgentes in medio septentrionis cõcurrunt ex repercussione mouetur aer fitq; uentus septentrionalis qui boreas dicitur qui etiã in frigida zona nascitur merito frigidus dicitur etiã sicc⁹ quia nubes ab angulo terræ ad mediũ fugat. unde & pluuiosus est iuxta torridã zonam. Cũq; transit torridã zonam calefit. Vnde & si nobis frigidus sit ibi tamen est calidus. Similiter etiã duæ refluxiones ad austrũ se uergentes in medio sibi occurrunt & generatur auster qui similiter ultra torridam zonã frigidus est & siccus ut apud nos boreas. Quippe tamen in frigida zona oritur quia per torridam zonã transit calefactus ad nos peruenit calidũ fugando ante se nubes usq; ad angulũ terræ in quo nos habitamus generatque nobis pluuiam & est nobis ex accidente calidus & humidus qui in sua regione est frigidus & siccus hoc gulelmus de conchis. Sic ergo patet qualiter uenti quattuor cardinales ex motu aeris per refluxiones mariũ generentur. Et eodem modo ponit gulelmus generationem uentorũ collateraliũ ex uariũ refluxionibus sed'm ꝙ accidunt ad prædictos uentos cardinales. Et Aristoteles. 2. metheororũ recitat opinionẽ quorundam antiquorum qui etiam dixerunt ꝙ idem aer ut motus est dicitur uentus ut autem constat in aquam dicitur esse pluuia. Et contra istam opinionem & similiter contra omnes alias opiniones prædictas asserentes uentũ esse aerẽ motum. Arguit Aristoteles ubi supra dupliciter. pmo sic. Aer est calidus & humid⁹ sed uapor qui est principium pluuiæ non est calidus essentialiter sed frigidus. Fumus uero qui est principiũ uentorũ prout dicit̃ Aristoteles licet sit calid⁹ tamẽ non est humidus sed siccus essentialiter: ergo aer essentialiter & æqualiter differt a pluuia & a uento. Secundo arguit. Aristoteles sic: Aer motus non est uentus quia non magis aer motus debet dici uentus ꝗ̃ aqua fluens dicitur flumus a quocunque manatione. Sed a determinato fonte naturaliter procedens: ergo nec

aer undecunq; nec qualitercūq; motus dicit' uēt⁹ Alias ēt ratiōes adducit supra albertus.3.metheororū.in tractatu primo.& capitulo.7.contra prædictas opiniones asserentes uentum esse aerē motū quas hic ōmitto.sufficiunt enim ad præsens p̄dictæ duæ rationes Age.Sed seneca.4.lib.naturaliū questionū dicit ꝙ opinio democriti est ꝙ aer est quoddam inan ab aqua & a terra euaporationes suscipiens inde fit ꝙ minuta corpora in angusta parte aeris cōgregātur:quorū unū i aliud incidens aerē mouet donec p latitudinē aeris diffusa unū aliud ĩpellere nō desinit:qd̄ p si(mi)litudinē fori habetur in quo dum pauci homines incidunt sūt tamen tumultu.Si uero turba incedunt in āgustū aliorum incidentium in alios rixa fit.Sed hāc opinionem improbat seneca dicens ꝙ in die nebulosa multa corpora in unū sunt aggregata in aere ꝙ testatur spissitudo & obscuritas nullū tamen tempore magis caret uento q̄ nebulosum. Item dicit seneca ꝙ circa flumina & latus frequens nebula ē arctatis cōgestisq; corporibus nec tamē ibidē:idē uentus est. Item interdū caussata caligo diffunditur ut conspectū in uicino stantium eripiat ꝙ nō eueniet nisi in paruum locū corpora se multa cōpellet attñ nullus uentus esse apparet:igitur prædicta opinio democriti stare non potest:hæc seneca. Positis opinionibus antiquorum de uentis restat ponere opinionē Age.Sed primo uidendum est quæ sit materia uenti.Dicit itaq; Age.2ᵒ. metheororum.cap.8.ꝙ cum duplex exalatio humida & exalatio sicca quæ dicitur fumus.Exalatio humida principium est pluuiarū.Et exalatio sicca principium est uentorum.Manifestū est ergo ꝙ alia est natura pluuiæ & uenti & non eadē sicut quidam dixerunt prout dictū est.Et hæc nostra opinio dicit.age.Confirmatur multis signis s.ꝙ exalatio humida sit principium pluuiæ & exalatio sicca sit principium uenti. Primū signū est ꝙ quandocūq; plus abundat de exalatione humida in aliq̄ regione tunc fiunt anni notabiliter pluuiosi.Quando uero plus abundat de exalatione sicca fiunt anni uentosi: sæpe āt contingit ꝙ aliq̄ tota regio similiter sit multum pluuiosa & multū uentosa & hoc est ꝙ similiter situata est ad solem: Consimiliter etiam contingit ꝙ una regione existente multū humida contigua regio sit multū sicca & uentosa.Aliud signum est ꝙ pluuiæ faciunt cessare uentos.Cui⁹ causa est hæc quia cū terra fuerit irrigata per descensum pluuiæ: pluuia sit descēdens infrigidat exalationē siccā q̄ deberet esse materia uenti:& ideo uenti primo quidē sunt fortiter flantes postea cessant superueniente pluuia: & sic cessantibus pluuiis fiunt uenti. Itē ꝙ cessantibus pluuiis fiunt uenti patet quia cum terra fuerit multū de plura caliditate solis eleuatur ab ea multa exalatio non solū humida sed etiam sicca quæ ē materia uenti & principiū eius:& ideo &c.Tertiū signum ponit Age.s.ꝙ maxime uenti flant a septentrione.i.a polo septentrionali & a meridie i.a polo meridionali.sol enim nunq̄ directe supergreditur ista loca.& ideo maior frigiditas est in illis:& per consequens maior habundantia aquæ descendentis:sed a locis illis in quibus habundat aqua maior eleuatur exalatio quēadmodū ex multis lignis uiridibus amplior eleuatur fumus: & ideo cum exalatio sicca sit exalatio uentorum ab illis & locis uenti flant fortissimi & ualidissimi.Ex istis tribus signis colligitur secūdm Aristote. ꝙ ad multiplicationē exalationis calidæ & siccæ multiplicantur uenti:& per consequens exalatio calida & sicca est materia uenti.Sed Albertus ubi supra tractatu prīo.& cap.8.dicit ꝙ materia uēti est uapor qui ascendit de terra & est uapor ille frigidus & siccus subtilitate sua aerē transcendēs. Et superius in eodem tractatu.cap.5.dicit albert⁹ ꝙ materia uenti est uapor terreus aeris superiora transcendens.Et licet ignium in altissimo aeris generatorum etiam sit uapor terrestris subtilis multum tamen differentia est inter illū uaporē & istū in tribus.Quarū una est in calore qui maior est i materia igniū q̄ uentorū secunda in subtilitate & continuato quia materia ignium magis est subtilis & minus continua:& per consequēs magis ab humido separata q̄ materia uentorū.Materia autem uentorum econtra.minus subtilis est & magis continua.eo ꝙ humido magis est permixta. Tertia autem est quantum ad locū suæ generationis quia uentus non ascendit usq; ad superius interstitiū aeris:sed potius usq; ad partē aeris frigidam:sed materia ignium ascendit ad superius interstitium aeris:ergo materia uentorum differt a materia ignium.Et dicit albertus ubi supra:ꝙ radix uenti est ex uapore qui ascēdit ex terra & principium esse eius ex eo & materia eius est uapor talis qui est frigidus & siccus subtilitate sua aerē trāscendens & cum inspissatur frigiditate aeris fortiter impellit aerem.Et fit uentus:uapor ergo ille sic eleuatus est corpus uenti & principiū flatus eius & radix prima in qua radicatur esse ipsius & est eius materia:& ideo per motū eius flat uentus & mouetur secūdm quantitatem eiusdem uaporis sicci qui sic de terra eleuatur in multitudine & paucitate & cū abscinditur eleuatio talis uaporis quiescit uentus:hæc albertus.Dicit Arist.ubi supra ꝙ exalatio calida & sicca quæ est materia uentorum eleuata superius obuiat aeri existēti in frigida regione & sic obuians impellitur ita ut non possit amplius moueri sursum directe nec potest directe moueri deorsum cū sit leuis i actu quia propterea mouetur motu composito ex motu sursum & ex ex motu deorsū.s.ad latus & sic mouetur uentus: hæc Age.Hic aūt uidet' albert⁹ cōtradicere Age.&

generatione uenti in duobus. primo .s. in hoc q dicit q materia uenti est uapor frigidus & siccus Cũ tñ Ar. dicat q materia uẽti ẽ exalatio calida & sicca eo q non ponit ar. nisi tñ duas exalationes .s. exalationẽ calidã & humidã quæ est materia pluuiæ & exalationẽ calidã & siccã q ẽ materia uenti & igniũ in aere superiori scd'z eũ sed huic potest responderi dicendo q ista exalatio sicca quæ ẽ materia uenti scd'm intentionẽ alberti ẽ calida qñ primo attrahit a terra p uim corporũ super cælestiũ. Sed postmodũ cũ eleuat in aere ex frigiditate aeris uel nubiũ frigescit. Et satis rationabile dixit albertus q exalatio illa quæ ẽ materia uenti nõ eleuat usq; ad supmũ interstitiũ aeris, sicut illa exalatio quæ est materia igniũ nec est ita subtilis. sed est magis spissa exalatio & magis terrestris. Secũdo uidetur albertus cõtradicere Ar. in hoc qd dicit: q ista exalatio quæ est materia uenti cũ spissatur frigiditate aeris fortiter impellit aerẽ: & sic fit uẽtus: cũ tñ dicat Ar. q ista exalatio quæ ẽ materia uenti obuiat aeri existenti in frigida regiõe & ab ea impellitur. unde iuxta uerba alberti uidetur q materia uenti deberet eẽ aer sic motus & non illa exalatio & sic nõ discordaret albert9 ab antiqs q dixerũt uẽtũ eẽ aerẽ motũ. Sed huic dicit q albertus uult intelligere q materia uenti ẽ ista exalatio sicca de qua locutũ est & nõ aer sicut plane patet p uerba sua ubi supra ca. 9. ubi dicit sic. Omnes antiqui dicunt uentũ esse aerẽ impetu fluente a uapore aqueo percussũ. Sed tñ absq; dubio uentus cãliter uapor terreus & flatus uenti in principio flante est motus illius uaporis a sursũ in deorsum. Flatus aũt passiuus uenti est aer impulsus a uapore illo & illũ factũ passiuũ antiqui dixerunt esse uẽtũ.


Itẽ in eodẽ cap. paulopost dicit albert9 q uapor terreus materia ẽ uẽti scd'm q uentus dicitur actiue primũ quia flat actiue. Nã illud quod flatur ẽ aer: est autẽ efficiens uenti per motũ suũ & est radix eius scd'm suũ genus per frigidi & sicci q dominantur in ipso: & sic non est inconueniens q aliquod unum & idem in causalitates plurimas incidat: hæc albertus. Et dicit Ar. ubi supra q motus uẽtorũ ẽ obliquus & lateralis circa terrã & nõ ẽ directe in sursum neq; directe in deorsum sed circulariter: iam ẽt uẽtus nec sursũ directe nec deorsũ mouet sed circulariter. Albert9 uero ubi supra ca. 22 põit alias cãs q̃re mouet uẽtus circulariter. d. q stellæ q mouẽt uẽtos mouẽt circulariter. Sed hoc ẽ q̃si principiũ q cũ aliqua causa p motũ suũ inducit effectũ q effectus in aliquo mutetur motũ cãre oportet ergo uaporẽ tortuose ad minus per arcũ horizontis moueri. Sed ratio alberti sumpta est ex parte loci in quo generatur uentus. hic enĩ subtus dicit albertus hẽt calorẽ p circuitũ. undiq; expellẽs a se frigus: & similiter supra se hẽt æstũ qui similr undeq; a se repellit frigus: agitat autẽ uapor calidus a frigore: oportet ergo ut similr agitetur ille uapor uẽti in loco frigoris i circuitu: & sic motus uenti est tortuosus. Tertia causa ut dicit albertus est ex ipso uapore qui impellitur sursum a calore eleuante & percutitur a frigore inspissante: ergo oportet q cedat ad latus in circuitu terræ. Et si mouetur uentus circulariter. Et Ar. ubi supra mouet unam dubitationem .s. utrũ uenti prio incipiant flare a parte superiori uel a parte inferiori circa terrã: & dicit q signũ euidens uidetur esse q uẽtus sic flans a parte superiori qñ uolẽtes prædicere ad partẽ quam debeat flare uẽtus circa nos considerant uersus quã partẽ nubes mouetur qa uersus illam flabunt uẽti: & sic principiũ mot9 uẽtorũ eẽ uidetur a loco superiori qui ẽ circa nubes. Sed absq; dubio uapor qui ẽ materia uẽti primo eleuat a deorsum in sursum. Et dicit albertus ubi supra. c. 13. q ille uapor sit eleuatus cũ sepius a frigiditate loci repercutitur & agitatur & mouetur impulsus in latus unũ & superius ubi tangit. Cũ frigus ibi uolẽter deprimitur & suo descẽsu impellit aerem ex obliquo inferius ad terrã non directa diametro sed potius obliqua: & iõ materia eius ẽ a deorsum ueniẽs in sursum. Sed motus ei9 & flatus ẽ a sursũ oblique ualẽs deorsum: hæc albertus ibidẽ. Sed adhuc restat magna dubitatio ex parte continuationis flatus uenti: unde continuetur per tam magnum tempus: utputa per tres dies uel quattuor: & aliquando per unã quartam lunationis ex quo uapor ille prædicto modo motus uersus unam differentiã positionis non iterato redit ad eandem nec ille uapor de se sufficit ut ex eo generet uentus continuat.is per tantũ tempus: unde ergo accideret ista continuatio uenti. Sed dicit Aristo. ubi supra q generatio uentorum similis est generationi fluminorum faciet esse fluuii i pricipio ortus sui minĩæ sũt: sed ulteri9 pcedẽtes a longe efficiuntur maximi per additionem aliorum fluminorum ad ipsos ita uenti in principio ortus sui minimi sunt. sed ulteri9 procedentes per loca in quib9 eleuetur multitudo exalatiõis calidæ & siccæ fiunt ualidæ & fortiter. Si enim boreas in loco a quo icipit flare minim9 & quasi insensibilis. Sed ulterius procedens per loca in quibus eleuetur multitudo exalatiõis usq; ad nos fit multũ ualidus: hæc Ar. Et dicit albertus ubi supra. c. 14. q omnis uentus in principio debilis est exsufflationis: quia cũ materia primo paulatim a deorsum ascendit facit motũ debilem & paruũ est qd superius repercutitur a frigido: sed cum multiplicata est materia tunc multũ de ea & cum magno impetu repercutitur superius: & ideo facit flatum fortem cum processerit tempus ab eleuatione materiæ: & hoc etiam ulterius innotescit: ut dicit albertus quarum non sit uentus continui flatus sicut facit unam sufflationem & cessat & post

facit aliá:nõ enĩ exsufflat nisi qñ deprimit̃ uapor
a supiori frigido hoc aũt nõ fit cõtinue: sed qñ sol
depressus est: tunc cõfortat̃ calore loci inferioris
& assũpto plus materie. & iterũ eleuat̃ & tunc se
cũdo repercutit̃ & exsufflat & ita alterat uices a/
scendẽdo & reflectẽdo donec abscindit̃ in toto.
Patet ẽt ex his q̃re non est flatuũ æqualiũ: hoc enĩ
iõ est qa nec materia uaporis ẽ æqualis sẽper: nec
æqualiter in eodẽ ipetu repercutit̃ eo φ frigiditas
sit maior & minor & uapor & est inequalis spis/
sus & rarus. Inter duos tñ flatus fortes sũt miñ de
biles propterea φ adherent uapori spisso ex re/
liquis, uaporũ minꝰ spissorũ. Et dicit Arũ. ĩ de pro
bleumatibꝰ. particula. 26. φ uenti & præcipue au
strales sunt in fine cũ debent cessare maxime uali/
di. Ad hoc aũt mouet albertus dubitationẽ, ubi su
pra. cap. 21. quare. s. uentus mouetur ad oppositũ
situ sicut aquilo ad meridiẽ & meridies ad aquilo
nẽ: & sic de aliis uẽtis. Vapor q est radix uẽti aut
sequitur motũ eius qd̃ eleuat ipsum: & ex hoc ẽ ca
lidus: & tunc directe deberet ascendere aut sequit̃
modũ materiæ quæ ẽ terrestris. Et tũc deberet dire
cte descendere amplius. Si motus eius est ad latus
quod facit eũ potius moueri ad unũ latus q̃ ad ali
ud. Videt̃ enĩ ita debere moueri aquilo ad oriẽtẽ
sicut ad meridiẽ. Istis dubiis respondet albertus
in eodẽ cap. uersus finẽ dicens φ uapor uenti ge/
nerat̃ a calore ut dictũ est & expellit̃ & percutit̃
a frigore. Frigus aũt istud ẽ post ipm: & iõ impel
lit ipsum ante se ad sitũ oppositũ. Si aũt quæratur
quæ causa sit φ frigus sempec est post naporem il
lũ. Dicẽdũ φ ĩ oĩ regiõe ĩ qua flat uẽtꝰ frigus sem/
per impellitur ad extremũ ꝑpter diffusionẽ radio
rũ solis in ipsa & præcipue frigus terrestre. Et cũ ẽ
ad extremũ tunc dissoluitur & regio quæ est post
ipm frigida remanet: & ideo impellit uaporẽ ele/
uatũ ante se ad sitũ oppositũ: nõ. n. directe potest
ascendere propter frigus obuians in aere: nec po/
test descendere propter colorem eleuantem: nec
potest retroire propter frigus obuians in aere qd̃
est post ipsum: & ideo necesse est φ moueat̃ ante
se ad sitũ oppositũ: hæc ibidem albertꝰ. Arũ. uero
ubi supra ca. 6. φ sic incipit. sol aũt cessare dicit φ
ẽã quæ aliqñ cõmouet uentos & quasi aliqñ facit
eos cessare ẽ sol. Sol aũt duobꝰ modis facit uẽtos
cessare. Vno mõ qñ sol caliditate exalationẽ siccã
q eleuat̃ disgregat & cõuincat ĩ aerẽ. Alio mõ qñ
sol magni caloris ꝑuenit exsiccãdo terrã añq̃ pos
sit facere fumũ. Quẽadmodũ si ĩ magnã ignẽ pro
iecerit qs aliqd̃ modicũ cõbustibile ipsũ priꝰ exu/
ritur q̃ possit facere fumum: hæc Arũ. Et dicit al/
bertus ubi supra. ca. 3. φ si ad terrã sit approxima
tio solis pauca & terra non sit multũ humida sol
imprimet istã impressionẽ debilem: quia sol tunc
non sufficit eleuat e uaporem & terram constat es
se strictã propter siccitatem: & ideo tunc paucus
uapor eleuat̃ ab ea: quia secd̃m paruitatẽ caloris
eleuantis erit paucitas uaporis eleuati. Cum aũt
sol appropinquat forti appropinquatione sicut
ĩ æstate & terra sit refusa hũido bñ cõtinuante &
nõ uincẽte naturã terræ: tũc ĩprimit ĩpressionem
fortẽ ĩ terra & uaporis eleuati quãtitas erit secd̃m
illã mẽsurã fortitudinis solis ĩ terra disponẽte mõ
ꝑdicto: & iõ ẽt uenti multiplicat̃ secd̃m duos mo
dos prædictos in multitudine & paucitate. Sic er
go ĩpediunt̃ uenti & concitant̃ ab eodẽ. s. a sole
diuersimode se hñte: qñq; ãt mouetur sol super ter
rã q̃si directo diametro: & forte est terra sicca &
adusta nõ potẽs euaporare propter nimiã siccita
tẽ & tunc sol adurit terrã. Cuiꝰ sile est qñ magnus
ignis proicit̃ inter lignũ panẽ arida. calor enim
solis tũc multo plus cõsumit de uapore qñ eleuet
& iõ uapor frigidꝰ & siccus nõ põt eleuare ĩ aere
& iõ talis color abscindit uentũ. Vñ & ꝑpter hꝰ ĩ
calorẽ ustiuũ nõ inuenit̃ uentus & ꝑcipue ĩ terra
q̃ disposita ẽ ut diximus. Et ex hoc patet ẽt φ in/
ter duos solstitiales circulos terra aduritur & pro
hibet̃ materia uentorũ qa calor debilis prouocat
uentositates: & fortis calor absciđit eas. Itẽ dicẽ
dũ est φ ulr̃ duæ sunt causæ prohibẽtes esse uento
rũ. Quarũ una ẽ frigus excellẽs: & altera est calor
excellens cũ siccitate excellenti. Cũ enim calor &
frigus excellunt & siccitas excellens est cũ utroq;:
tunc prohibent uaporẽ ascendere q̃ est uenti. Ma
teria cuius quidẽ causa: sed qa frigiditas excellens
constringit partes terræ & siccitas terræ continet
eas. Nec sinit eas euaporare quia aperiri nõ pñt.
Omne aũt euaporans apertũ est & pars eius rece/
dit a parte. caliditas autẽ consumit & uete plusq̃
eleuet: & siccitas quæ est cum caliditate non habet
materiam quæ ad fumũ aeris ascendat & ideo uẽ
tus absciditur & impeditur. hæc albertus ibidem.
Et ulterius capitulo sequente ubi supra. s. in ca. 18.
dicit albertus φ aliquando causa continuationis
& abscisionis uẽtorũ est a loco. Quandoq; enim
in medio montiũ quiescũt uenti & præcipue ĩ tẽ/
pore calido æstatis & multiplicatur in locis illis æ
stas uehemens: illud necessario erit propter unam
duarũ causarũ aut iõ quia nõ est ibi uapor ascẽdẽs
eo φ sol accedere non potest uel parũ respicit loca
illa propter umbras montiũ sempiternas. & ideo
paucũ eleuat ĩ locis illis uaporẽ: & quia materia ẽ
pauca sunt uẽti pauci aut iõ quia sol eleuat ibi ua/
porẽ sed non continue quia in modico tẽpore ꝑ/
icit radios in uallibꝰ montiũ illorũ: & ideo cum
primus uapor eleuat̃ nõ continue sequit̃ eũ alius
uapor q nutriat & confortat eũ: & ideo materia
uẽti abscidit̃ iñ & pauci uẽti fiunt. Calor aũt est ĩ
mõtibꝰ ꝑpter duas cãs quarũ pria ẽ hæc qa sol re/
flectit̃ a latere montis ad aliud latꝰ alteriꝰ mõtis &
ecõuerso. mltotiẽs & ex illa radiorũ mltiplicatõe
& deriuatione multiplicatur calor in montibus.

alia aũt causa est quia aer calefactus tenet᷑ aquã inclusus & refecari non põt & tam multus in eo fit calor & reseruat᷑ i ipso & efficitur q̃si æstuans & iste cõburit uaporẽ uenti pcipue in ualle & hæc ẽ cã q̃re in q̃buſdã locis abſciditur uentus præcipue qui clausi sunt ad aquilonẽ & partim ad meridiẽ Inquibuſdã autem locis fit uentus ubi .ſ. nõ figit᷑ calor humiditatis quæ cõtinuat & nõ diſſoluit & fluere facit partes terre & iõ i desertis plãis q̃ multi sunt uenti & etiã in montiũ cacuminibus quia illa sunt uicina frigido aeri quæ q̃libet uaporẽ pcutit & facit impellere aerẽ sicut expellitur in uento. hæc albertus ibidẽ. Ex prædictis ãt patet q̃d sit uẽtus & quæ sit materia uenti & quæ moueãt uentũ & quomõ moueat᷑ & qualiter cõtinetur modus eius & quæ sit cã continuationis uenti & eius abſciſſionis & finitur hoc ca.

ℭ Capitulum de numero uẽtoꝝ. & eoꝝ ordine

r. Estat mõ dicere numerũ uẽtorum & ordinẽ eoꝝ. Ad quoꝝ euidẽtiã prio sciẽdũ ẽ ꝙ oẽs uenti illi sũt cõtrarii q æq̃ distãt i circulo horizõtis cuiuſcũq; p lineã diametralẽ eu⁹ tráseũtẽ .ſ. per centrũ. Vnde sciẽdũ est ꝙ cũ in nostro habitabili sunt quattuor plagæ mundi .ſ. oriẽs: occidens: ſeptentrio: & meridies: Ex parte orientis ponunt᷑ .3. uenti .ſ. unus principalis & alii duo collaterales. Principalis .ſ. uent⁹ orientalis æquinoctialis & collaterales eius sũt uẽtus orientalis æstiualis & uent⁹ orientalis hiemalis. Ex parte occidẽtis ẽt ponunt᷑ uenti un⁹ principalis æqnoctialis & alii duo sibi collaterales .ſ. uent⁹ occidentalis æstiualis & uent⁹ occidentalis hiemalis. Ex pte ſeptẽtrionis similiter unus principalis & collacterales: & hoc scd̃m descriptionẽ Aꝛ. 2⁹. metheoroꝝ. c. 8. quod sic incipit. Depõne autẽ ipsoꝝ. Et silr scd̃m descriptionẽ pedenbi supra isidori silr: & uide ubi prius: & ẽt scd̃m descriptionẽ alberti ubi supra ca. 20. Consideram⁹ ergo mõ noia uentoꝝ prædictorũ scd̃m opiniones eorũdẽ. Ex parte orientis ponunt᷑ tres uenti sicut dictũ ẽ. Principalis aũt & medius inter eos ẽ uentus orientalis æquinoctialis qui scd̃m græcos dicitur apeliotes scd̃m latinos dicitur subsolanus eo ꝙ ipse nascitur sub radiis solis scd̃m isidorũ .19. æty. ubi supra hoc accidit qñ sol orit᷑ i æquinoctiali scd̃z Aꝛ. ubi supra Collateralis uero subsolanus uersus meridiẽ est uentus oriẽtalis hiẽalis q scd̃m græcos dicit᷑ eur⁹ eo ꝙ ab oriẽte uẽiat Collateralis ãt subsolan⁹ uersus ſeptẽtrionẽ ẽ uẽt⁹ oriẽtal᷑ æstiualis & scd̃m græcos dicit᷑ cætiã scd̃m latinos uero & precipue scd̃m bedã ubi supra dicitur uulturnus eo ꝙ alte tonat. Ex parte occidentis est unus uentus principalis & medius qui dicit᷑ uentus occidentalis æquinoctialis & appellat᷑ scd̃m græcos zephir⁹ scd̃m latĩos uero ut dicit isidorus fauonius. Et scd̃m latinos dicitur zephirus eo ꝙ flores & germina eius flatu uiuificent᷑ unde dicit᷑ a zoe ꝙ est uiuere: & dicit᷑ fauoni⁹ eo ꝙ foueat᷑ ea quæ naſcuntur de terra scd̃m isidorũ & pliniũ ubi supra. Iste uentus flat circa uersiões estiuales .ſ. aũ principium & autũni tpe maturationis fructuũ. Collateralis ãt huic uento uersus meridiẽ est uẽtus occidẽtalis hiemalis quæ scd̃m græcos dicit᷑ liba & dicitur a libia scd̃m isidorum quia ipse a libia flat. Sed scd̃m latinos iste uentus dicit᷑ affricus in eo ꝙ frequenter i affrica initiũ flandi accipit ut dicit isidorus & iste uẽtus scd̃m pliniũ est uiẽs & furibundus flans maxime circa æquinoctiũ autũnale quẽadmodũ kakias circa eqnoctiũ uernale Collateralis uero fauonio uersus ſeptẽtrionẽ est uentus occidentalis æstiualis qui scd̃m grecos dicitur argesten. scd̃m latinos uero dicit᷑ chorus eo ꝙ ipse uentoꝝ circulũ claudat & ad se trahit scd̃z isidorum & quasi chorũ faciat. Ex parte ſeptẽtrionis uero uentus principalis dicit᷑ scd̃m græcos aphias scd̃m latinos dicit᷑ ſeptentrio eo ꝙ ueniat ab ursa maiori & minori ubi ſeptem stellæ tenent circulum circa polum acquilonarẽ. Collateralis ãt sibi uersus orientẽ scd̃m græcos dicit᷑ mesen. scd̃m latinos dicit᷑ aquilo eo ꝙ aquas stringit & ligat & nubes diſſipat scd̃m isidoꝝ est enim gelid⁹ uẽtus & siccus: & idẽ uẽt⁹ scd̃m isidoꝝ uocat᷑ boreas a loco i quo orit᷑: flat enim ab hiperboreis mõtibus altis & longe distantib⁹ a nobis iũ & frigid⁹ est & purus uenit ad nos hæc isidorus. Collateralis uero ſeptentrioni ex parte occidẽtis scd̃m græcos dicitur trasceam & scd̃m isidorum dicitur circinus eo ꝙ choro sit uicinus. Ex pate meridiei pricipalis uentus dicitur auster scd̃m latinos scd̃m grecos dicit᷑ nothus. & dicitur auster scd̃m isidorum ab augẽdo aquas unde & cursũ aerẽ facit & nubila nutrit. Et scd̃m isidoꝝ dicitur nothus eo ꝙ iterdũ corrũpat. Collateralis uero austro uers⁹ occidentẽ scd̃m latinos dicitur auster affricus eo ꝙ iunctus hinc austro & inde affrico scd̃m isidorũ. Ipse etiã scd̃m isidoꝝ dicitur libonoth⁹ eo ꝙ sit hinc & inde nothus. Collateralis uero austro uersus oriẽtẽ scd̃m græcos dicitur phœnica licet philosophus expresse non ponat uentum illũ sed scd̃m latinos dicitur euroauster siue euronotus prout dicit isidorus eo ꝙ ex una parte hẽat eurũ & ex alia austrum. Et hæc sũt nomina uẽtoꝝ .12. iuxta sẽtẽtiã Aꝛ. isidori hermetis trimegisti alberti i locis pallegatis. De his autem .12. uentis sunt tales uersus. Sũt subsolan⁹ uulturnus & eurus eoy Atq; diẽ medio nothus habet africus auster. Circius occasu zephiruſq; fauonius afflant. Adueniunt aquilo boreas & chorus ab arcto. Isti quattuor uersus designant nomina & positiones prædi



ctoꝝ uentoꝝ secūdum opinionē quorundā moderno ꝝ & discordant i noibus & positionibus uentorū prius positis pro parte. Frater albert⁹ ubi supra. imaginatur hos uentos moueri a septentrione & a meridie & a .11. pararell'. descriptis i sphera cælesti hoc mō. imaginat' enī ꝙ subsolan⁹ flat ab oriēte equinoctiali & eius collaterales a .2. tropic. s. uultarn⁹ a tropico æstiuali & eur⁹ a tropico hiemali: & hoc ex parte orientis: imaginat' ēt ꝙ fauonius flat ab occidente equinoctiali & eius collaterales a duob⁹ tropicis ex parte occidentali. s. chorus & a tropico æstiuali & affricus a tropico hiemali. Item imaginat' ꝙ auster flat a meridie. s. a polo meridionali & eius & collaterales a circulo antarctico. s. euro auster a circulo antarctico: flat a parte orientis. Et austro affricus flat ab eodem circulo a parte occidentis: imaginat' ēt ꝙ septentrio flat a polo septētrionali & eius duo collaterales a circulo arctico. s. aquilo a circulo arctico ex p te oriētis: & tertius ab eodē circulo ex pte occidētis. Sed i septimo climate & i regionib⁹ nostris isti uenti isto mō nō flant eo ꝙ a polo meridiōali nec a circulo arctico nec ēt a tropico hiemali non flat aliquis uentus nobis sicut postea ꝓbabit'. Nā dicit hermes trimegist⁹ li. 4. c. 2 ꝙ isti oēs uēti sedꝫ situs climatū uariāt' tēperant' quoqꝫ & distemperātur. Et aꝝ. ubi supra. ca. 7. probat ex itētiōe ꝙ uētus australis nō flat ad nos ex polo meridionali tū qa si ueniret ad nos a polo isto oportet ipsum pertrāsire ꝑ regionē suppositā eqnoctiali. Nullus aūt uent⁹ pōt uenire ad nos per locū illū cū ille sit calidissimus: tamē ēt quia si ita esset tūc eadē rōne aliquis uentus flaret a polo septētrionali ad locūꝫ terræ habitabilē qui ē ultra tropicos uersus austrū ꝙ nō pōt eē quia uent⁹ fortissime flans a polo septentrionali. s. boreas nō ꝑuenit ad torē habitatōnē nostrā: non enim prouenit ad eos qui sunt in libia uel forte aut ethiopia uel fit debilis si uēiat illuc. Itē dicit aꝝ. ꝙ nec ē dicere ꝙ uent⁹ australis sit flans ad nos ex tropico hiemali quia eadē rōe esset aliquis uētus flans ex tropico æstiuali ad illos qui habitant ultra tropicū hiemalē: nūc aūt nō est ita: tm̄ enim unus uent⁹ inde r' flans ex tropico æstiuo: & iste ē cōtrarius boreæ. Cū ergo uent⁹ australis q flat i nostro habitabili nō flat ex polo antarctico nec ex tropico hiemali ut probatū ē: relinquitur ergo ut sit flans ex tropico æstiuo: hæc aꝝ. Cū aūt locus habitatiōis aꝝ multū distat a nostra habitatione qui sedm̄ aliquos est in fine septimi climatis. Sequitur ꝙ uenti australes oēs nobis flant a locis citra tropicū æstiuū. Et sic sedꝫ uariationē climatū & sedm̄ uariationē horizontū uariātur positiones prædictoꝝ & coꝝ naturæ siue qualitates prout prius allegatū est ab hermete trimegisto. Et ponā tibi figurā in qua uidebis situs & positiones. 12. uentoꝝ & eoꝝ nomina sedm̄ sententiam prius positam.

X prædictis satis patet ꝙ sūt uēti & quo modo situentur: sed quia inter uentos ꝑdictos. 12. 4. sunt cardinales. s. subsolanus & fauonius septentrio & auster & omnes alii uēti participant de qualitatibus & naturis istorū. 4. enim omnes uenti uel sunt orientales uel occidentales uel meridionales uel septentrionales. ideo intendo dicere in hoc cap. qualitates & naturas siue complexiones istorum quattuor uentorum cardinalium sedm̄ sententias philosophorum ut earuꝫ inde habebantur qualitates & naturæ reliquoruꝫ uentorum. Et primo intendo dicere naturas & q̄litates uentorum orientalium & deinde aliorum Dicit itaqꝫ aristoteles ubi supra cap. 8. ꝙ uenti orientales sunt calidi & sunt calidiores uentis occidētalibus. Et albertus ubi supra. cap. 15. dicit ꝙ uenti orientales sunt calidi & sicci. uenti occidentales sunt frigidi & humidi. uenti meridionales sūt calidi & humidi. uenti septentrionales sunt frigidi & sicci. Et huic sententiæ similiter concordant Isidorus & beda in locis præallegatis: & similiter ioannes ianuensis in suo catholicon ubi loquitur de pruina: & plures alii & preter hoc experimentum satis hoc affirmat. Et dicit albertus ubi supra eodem cap. 22. ꝙ lafales uenti habent principalium proprietates remissas & aliqui participāt qualitates illius uenti uersus quam habent generationem. Et dicit albertus ꝙ non per uiam illam tātum dicitur orientalis calidior occidentali. Sed ēt quia sol diutius agit in uaporem orientalis uenti ꝗ̄ agit in uaporem uenti occidentalis. licet enī motor solis quasi semper sit æqualis sic ꝙ ita diu ascēdit in oriente sicut descendit in occidente tamen tripliciter uirtutem infundit uapori orientali in oriente enim primo emittit radium inicians calorem in eo & secundo per paulatinum accessuꝫ auget calorem generatū & tertio per presentia cor/

poralem consumit eum & trahit secum aliquādiu & sic demū incipit declinari ab eo & tunc remitti incipit calor uaporis in occidēte aut uersus nos nō ita procedit. Sed uapore uix illuminato statim cadit sol sup partē habitabilē nostrā & maiorē uaporis partē trahit secū & remanet frigidꝰ & grossius uaporis super horizontē sole nō presente: & ideo frigidior est uentus. Sed dicit albertus ꝙ ex iam dictis expresse patet ꝙ licet uentus orientalis calidior sit uento occidētali & subtilior & clarior. tñ in mane cum sol agit in ipsum calidior ē & purior & subtilior & sanior ꝙ̄ post meridiē cum sol declinat ab ipso: quia tunc incipit uapor frigiditate propria & loci inspissari & turbari ꝙ frigidiorē reddit uentū: econtrario autē est de occidentali per oppositā cām: hæc albertus ibidē. Ex his aūt uerbis patēt ꝙ uēti oriētales sunt calidi & sicci. Sed dicit beda de temperiebꝰ. lib. 1. ubi supra ꝙ subsolanus temperatꝰ est cuius a dextris uulturnus cūcta desiccans a sinistris uero eurꝰ nubes generās: hæc beda. Bartholomeus uero ī lib. suo de proprietatibus rerū: tractatu. 10. dicit ꝙ uēti oriētales sunt calidi & sicci. Calidi qa sub sole diu morātur. Sicci aūt ꝙ mare oriētale a nobis est ualde remotū. unde anteꝗ̄ uentus oriētalis ad nos ueniat si quid habet de humore totū caloris solis est cōsumptū. Ventus uero subsolanus est in calore temperatus: sed qñ declinat in uulturnū oia desiccat. quādo autē in eurū generantꝰ nubes. Venti autem oriētales sunt salubres in ortu diei quia ab aere ueniunt temperato & subtiliato. Nā regionū orientaliū est aer clarus & parū siccus īter calidū & humidū tēperatꝰ. unde & talis uētus aquas clarificat & eius uaporē suauē administrat. unde uēti oriētales corpa hominū in suauitate custodiūt ꝓpter suarum temperiē qualitatum. Partes ēt oriētales ī fructibus & floribꝰ habundant plus ꝙ̄ aqlonares & occidētales. Item fluuia contra orientem fluētia & mare orientale subintrantia sunt meliora & saniora ac clariora quia uentorum oriētalium occursione & solis orientis reuerberatiōe aquæ subtiliantur & depurātur: hæc bartolomeus. Ptolemeus uero in primo quadripartiti ca. 11. dicit ꝙ ī oriente fortior est siccitas ab hoc ꝙ cū per eā partem sol incedit quicquid nox humectauit desiccare non deficiet & uenti qui ex illa parte flatꝰ emittunt orientales uocantur: unde & ab omni priuantur humiditate atꝗ desiccant: hæc ptolemeus. Ex prædictis aūt auctoritatibus pꝛiorum pro maiori pte recolligi potest hæc sentētia quia omnes uēti orientales ut cōmuniter sunt calidi & sicci. Dicit tamen arist. in libro de problematibus. particula. 26 in principio. ꝙ subsolanus solus uentorum congregat & trahit nubes ad se. Sed huius causam assignat tam ar. ꝙ̄ suus expositor petrus paduanensis. s. ex hoc ꝙ subsolanus flat a locis cōuenientioribus terræ. s. a parte oriētis ubi sunt loca altiora ꝙ̄ a parte occidētis: cum perflat uentus incipiēs ab eo quod est eleuatum & cum hoc occurrit locis qui sūt circa occasum multū depressis propter reflexionē quæ illic accidit ex configuratiōe quæ surgit in terra respectu motus uenti uidentur illic impelli nubes uersus principiū illius refracti ita ut appareat subsolanus nubes ad se trahere: hæc ibidē. Et dicit prædictus petrus ibidē ꝙ subsolanus nō est humidus imo calidus & siccus. Et dicit ar. in eadem particula. 26. ꝙ quando eurus flat qui est sinister collateralis subsolano omnia uidentur esse maiora eo ꝙ eurus reddit aerem obscurissimū & turbidissimum & propter eius multam abstractiōnem & cōmotionem nubium ꝙ̄ efficit solis caliditate cum diu associatus permanet & quia flat ex loco alto prout dictum est. Ex his ergo quæ dicta sunt patent naturæ & proprietates uentorum orientaliū. ¶ Vēti ergo occidētales pro maiori parte sunt frigidi & humidi prout satis patet ex sententiis Isidori & alberti in locis pꝛallegatis & multorum aliorum: Et dicit beda in libro de temperiebus. ubi supra ꝙ fauonius est hiemē resoluens floresꝗ producens cuius dexter est affricus tempestuosus tonitrua quoꝗ generans & flumina a sinistris eius est corus faciens nubila. Et bartolomeus in libro de proprietatibus rerum ubi supra dicit ꝙ fauonius est temperate frigidus & humidus. frigidus est quia propter quā morā quā facit sol ī occidente & ad nos uenit anteꝗ̄ a solaribus radiis incalescat. Venti itaꝗ occidentales in fine diei sūt salubres & temperatiores quia sol in occidente subtiliat eos & depurat: quia igitur regiones occidentales aerem non habent perfecte temperatum in calore & humore ideo eorum aqua mutabilis est & turbida eo ꝙ in principio diei radiis solaribus non disgregatur. Nam in principio diei uentus minus frigidus est in uesperi uero calesit. Itē uenti occidentales in fine diei sunt temperatiores patet etiam per albertum sicut prius dictum est. Et dicit aristoteles in de problematibus. ubi supra ꝙ uenti prætermittuntur in hieme ab oriente æstate aut ab occidente. Cuiꝰ causa assignatur per ipsum & per prædictum expositorem suum petrum qui dicunt ꝙ quando sol non potest uincere aerem tunc uapor dimissus in eo discurrit per ipsum cessante sole & prohibente quo accidente relinquuntur nubes & prætacto condensato ex quibus nubibus cum in eis colligatur calidum uentosum cum aliquo sicco generantur uenti occidentales & huiusmodi nubes & uapores existētes circa occidens atribuuntur uirtute solis & deferuntur ad hemisperium illorum qui habitant in opposito occidentaliū. & ex huiusmōi nubibꝰ & uaporibus generabitur uentꝰ matutīalis dictus subsolanus. Ecōtrario aūt mō accidit fieri in hemisperio inferiori & superiori circa ptē oriētalē nostrā eiusꝗ accidit circa occidētalem quoniā nubes

congregatæ circa solis occasum in occidente ipsorum ꝙ est in orto nostri orientis generant eis zefirũ sicut generant nobis in nostro occidente. Cum autem sol recedit ab eis incipiens ad nos peruenire & oriri ex illis nubibus & uaporibus ex quibus erant zephiri apud nos tunc erunt uenti matutinales siue subsolani propter aerem habentem motum solis & spiritus uentosi. Vnde licet hic uentus matutinalis super occidentibus alium uentum s. uentum precedentem zephiꝝ dictum nihilominus erit magnus & premittentur in hieme & de mane quoniã eleuatio fit maior cum ei fiat additio maiorũ uaporum. Dum itaq; sol nobis accedit in æstate aer relinquitur infrigidatus & tunc uapores incipiunt conturbari & moueri hinc inde in uentum & adhuc inducatur actio & commotio quam causat sol tendẽs ad aliud hemisperium: nobis autem uenti non sic premittuntur hieme in occidente quoniam aer est frigidus secundum totum & itantum infrigidatur post occasum ꝙ uẽti non possint fieri in mane non premittunt̃ æstate uenti orientales matutini tunc illis est æstas.

Cum autem ipsa solis permanet potentia ita ꝙ ipsis licet occidat sol nobis tamen oritur uirtutæ suæ caliditatis mouens plures uapores eis quos secundum plurimũ sequor hic & iõ cum oritur supra hemisperiũ nostrum illi uapores sparguntur: hæc ibi. Item dicit aꝝ. ubi supra inferius in eadẽ particula ꝙ zephirus de numero uentoꝝ maximas nubes ducit. Sed hic uidet̃ eẽ dubitatõ eo ꝙ inferius adhuc in eadem particula dicit aꝝ. ꝙ zephirus serenus est & delectabilissimus uentoꝝ & huius causam ponit ex hoc ꝙ zephirus habet complexionem siue naturã proportionatam naturæ aeris temperati sicut est aer ueris. non enim est calidus sicut sunt uenti australes flantes a meridie aut orientales flantes ab oriẽte neq; est frigidus sicut sunt uenti septentrionales. Sed medius est inter p̃dictos excessus. Et quia tunc est temperatus aeri ueris preponitur ideo proprie flat in uere quãdo tempus est temperatũ. Sed huic dubitationi respondet petrus prædictus expositor aꝝ. in eadẽ particula dicens ꝙ zephirus flat ex pelago ubi profunditas maris continetur & zephirus est in materia parata & obediens agens eo ꝙ materiam habet dispositam ualde & si sit debilis potest tamẽ perfecte actionem imprimere propter quod zephirꝰ cum sit mitis & delectabilis ualet multos uapores et paratos in nubes congregare: non sic autem boreas cũ suæ materiæ desit abstinentia: hæc ibidem

Item inferius in eadem patricula dicit aꝝ. ꝙ zephirus mitissimus est uentoꝝ & frigidissimus & maxime flat duobus temporibꝰ. s. uere & autũno & uespere diei cum sol appropinquat ad occasũ & maxime iuxta terrã ũde prohibet canes & impedit eos ne percipiunt odorẽ in uenatione. Et dicit aꝝ. ꝙ ideo zephirus est frigidus quia flatus eius uenit ex mari ad nos eleuando ꝙ est humidũ subtile & infrigidando maxime cũ plaga occidẽtis sit frigida & diffundat huiusmodi humidũ super spacia campoꝝ unde & frigidare diminuet̃. Et licet hic uentus sit frigidus in comparatione aliorum uentoꝝ orientalis. s. & meridionalis est tamẽ simpliciter frigiditatis paucæ uel calidus respectu boreæ & zephiri euentatio accidit ex dissolutione aquæ in uaporis subtiles non autẽ ex liquefactione & dissolutione niuis & glaciei sicut boreas & est frigidus in comparatione orientalis & meridiõalis ac etiã ad nos quia flat mox post hiemẽ. s. in uere in quo sol est adhuc insufficiens ad uincẽdũ frigiditatẽ & humiditatẽ in aere & similiter flat in autũno in quo sol nõ potest uincere frigiditatẽ. Et dicit aꝝ. ꝙ zephirus est mitis uentus quia non flat ex montibus altis nec ex locis eleuatis sed ex liquoribus spaciosis & campestribus & iõ flatus eius est facilis & suauis: quod declarat gapartes quæ sunt uersus septentrionẽ quas boreas euentat & quæ uersus meridiẽ quas auster euentat sũt mõtuose & altissime ut mons capeti & mons caucasus. In locis enim montuosis frigidis hæc. s. septentrionalibus exalato fumoso magis coangusta quare & impulsus eius est uiolentior. Item dicit aꝝ. ubi supra ꝙ zephirus uersus occasũ solis flat: mane aũt non: & huius causã assignat dicens ꝙ sol ut plurimũ cũ oritur & occidit est causa cõmotiõis uentoꝝ quos causat isto modo. Cũ nãq; interuenit aer humidus uaporosus siue facit ipsũ & subtihat & tunc dirigitur aer ille uaporosus & primo sequestratur in partes subtiles modicas formã uenti inducentes ꝙ si cõtingat post aerẽ a uentositate repletũ calefactũ a sole & concitatũ ãplior sit uentus ꝙ prius esset aut ꝙ fieret existente aere prius uaporoso & nõ uento. Sic itaq; si uentus debet fieri oportet solẽ occurere ut frequenter quia ortus & occasus stellaꝝ aliaꝝ. s. fixaꝝ & maxime. 15. maioris est causa cõmotionis uẽtoꝝ suo ortu & occasu. Itẽ dicit aꝝ. ꝙ cũ sol orit̃ distat longius a zephiro eo ꝙ flatus zephiri est in occasu solis cũ sol causat subsolanũ qui zephiro cõtrariatur. Sed postea cũ sol motu firmamenti peruenerit ad occidentẽ tunc segregatur aer in partes natas recipere formã uenti & efficitur ipse perfectus quia quando fuerit sol a medietate cæli ultra procedendo uersus occasũ nõ fit uentus oĩo. Sed disponitur aer ad ipsiꝰ generationẽ eo ꝙ tũc sol temperatissime se habet ad calefaciendũ & sequestrãdũ aerẽ in partes ut formã uenti induat: & iõ cõcludit philosophus ꝙ propter istã causã subsolanus mane inchoat exsufflare aer enĩ continens nocte sole recedente humectatur supra terrã quo quidẽ infrigidato & humectato in spissato acquirit grauedinẽ unde & redditur propinquius terræ grauæ. Nã semper tendit deorsũ. Cũ uero mane orit̃ sol inuenit ibidẽ materiã p̃paratã in ꝗ agit disgre

gando & subtiliando ipsū. & cū omnis operatio fit per contactū primo mouet materiā uel aerē circunstantē quia mota causatur uētus & quia ille uētus mouetur a parte orientis uocatur subsolanus igit hūc uentū causat sol cū orit: unde format ratio adhuc isto modo. Sol ē causa uētorū ut frequēter cū materiā inuenit. sed illud est cū fuerit i ortu uel occasu. Sol uero mouet uentos sedm locū in quo existit & mane est circa orientē. Sero autē circa occasū. Sub solanus ergo est oriētalis & zephirus occidentalis hæc sedm arē. & eius expositorē ibidē. Et ulterius in sequenti probleumate addet arē. dicens φ eleuato sole & augentur uenti. Et similiter cadunt minorati & dissoluti cū tamen ita sint contraria & contrariorū cōtrariæ sint causæ cui respondet philosophus dicens φ uentus nihil aliud est q̄ aer uel superfusi humidi motus & humidi subtilis aerei dispersi ad deorsū. Cūq; huius aeris motus uł humidi subtilis dispersi deorsū fuerit parue quātitatis consumit & quasi adnihilatur & sensibiliter a sole: quare uentus inde nō accidit. Si uero huiusmodi fuerit maioris quātitatis plus mouetur & concitat aerē cū sol orit. Vnde & merito dictū est. 2. metheororū φ sol cessare facit & cōmouet etiā uentos. Sed ubi supra mouet pdictus petr⁹ expositor arē. dubiū de hoc φ dicit arē. φ uētus est motus humidi eū dictū sit prt⁹ frequenter φ uentus fit ab exalatione calida & sicca & fumosa. & respondet dicens φ uentus est motus siccitatis materiæ ex qua fit corruscatio & fulmiatio. Sed dicitur mot⁹ humidi ratione illius ex quo causat bimber ros pruina aut pluuia & sol agendo in humidū aerē calefaciendo & subtiliādo disponit etiā ipsā exalationē siccā hæc ibidē. Itē ubi supra dicit arē. Si circa equinoctiū corus flauerit aqua fit sed hoc dicit arē. est equinoctiū. Nā corus est uentus collateralis zephiro uersus septētrionē unde & conuenienter flat sole recedente parū ab equinoctiali in signis septentrionalibus & merito tunc pluuiā cōcitat eo φ iā recessit sol a signis meridionalib⁹ & cōplexio con est humida. Cum autē equinoctiū est sicut mediū quoddam in quo hiems & æstas equantur in uirtute neq; sunt ipressiones hiemis superatæ ab ipressionib⁹ æstatis nec econtra. Sed quando aliquibus sic se habentibus uni aliud illorū additur & non alteri illud cui fit additio uincit alterū φ & similiter hic accidit. Si enī alteri illorū temporū ut hiemi uel æstati fiat appositio uel additio tunc sensibile dniū habebit super alterū cui fit additio. Vnde cū corus sit complexiōis humidæ. Si flauerit post equinoctiū coget etiā naturā hiemis defluere eo φ eorus uapores in circuitu mouet sicut fit motus rius hæc ibidē. Ex his autē quæ dicta sunt patet φ uenti occidentales frigidi sunt & humidi & sedm quosdā multū pluuiosi & dicit iohānes ianuensis in suo catolicon supra .p. littera ubi loquitur de pruina φ uētus occidentalis est pluuiosus non habens uaporē purū & clarū. Et ptole. primo quadripartiti ca. 15. dicit φ pars occītalis orientis est humida eo φ sol cū i illa parte moratur ea quæ dies exsiccauit nox humectare incipit & qui inde procedunt uenti quos occidētales dicimus mollificant & humectāt hæc ptole. Ex his autē quæ dicta sunt patent proprietates & naturæ uentorum occidētalium: uentu uero septentrionales sūt omnes frigidi & sicci sicut patet per isidorum & albertum in locis preallegatis & etiam plures alios philosophos. Et dicit beda libro primo de temporibus φ uenti septētrionales faciunt frigora & niues. Et uentus dexter septentrioni niues facit & grandines & dicitur circinus eius quoq; sinister est aquilo siue boreas nubes constringens: hæc ille. Et albertus ubi supra ca. 18. dicit φ expertus est φ uentus septentrionalis & eius duo collatrales frequentius flant in principio ueris & in fine hiemis q̄ in aliis temporibus anni: & huius causam assignat albertus dicens φ hiemi succedit uer in quo sol ascendit ad nostram partem habitabilem & accenditur calore fortiori q̄ in hieme & ideo tunc calor ille plus eleuat de uaporibus q̄ consumat & ideo remanent in aere aperit etiam terram tunc & separat partem a parte & disponit ipsam ut euaporare possit & emittere uaporem intra se conclusum. In illo enim tempore liquescunt niues propter quas terra propter frigus aquæ niuis constringitur & per humorem superficietenus conglutiatur propter quas duas causas non paulatim euaporat φ i hieme est cōgregatū & iō sole ascendente terra exsiccat & aperitur & tunc uelociter egreditur uapor quē radit solis aliquātulum calefacit eum & propter illum calorem eleuatur ad ei⁹ superficiem & facit uentū. Oportet autem addere huic sermoni arē. quare uentus ille tunc habūdans fit ex parte septētrionis quia ex iā dicto nō habet nisi φ uētus tūc habūdat: & ad hoc sciendū est φ tunc sol ascēdit in meridie & tā in aere q̄ sub terra frigus & uapores frigidos quasi ante se ipellens fugat uersus aquilonē & illi nō potentes cedere ulterius dictis causis tūc erūpunt. Quod autē uentus aquilonaris etiam sicut expertū ē multiplicat i autūno & precipue sole declinante uersus finē uirginis uel in libra sole existe & ultra parē & hui⁹ cā est quia aer in aquilone tūc icipit i frigidari ppter descensū solis a signis aquilonaribus & iō calor relict⁹ in terra remittit a furore cōsumente uaporē & iō multiplicat uapor ex terra & ascendit continue sup aerē & ipellit eū ab aquilone & iō multiplicatur uentus aquilonares & eius collatrales uincet. Et hæc sūt cāe sedm alber. q̄re i pdictis duob⁹ tpib⁹ multiplicat uēt⁹ aqlōaris & ei⁹ & collaterales. Et albert⁹ ubi supra eodē tractatu ca. 2. silr dic̄ φ uēt⁹ septētrioal iduc̄ serēitatē & poit cāz hui⁹ dicēs & septētrio ē recti flat⁹ sic̄ res eui⁹ extrēa cōtiue sedz rectā

lineã distrahuntur a medio: & ideo distrahit par/
tes nubis inuentas in aere & diuidit eas ab inuicẽ
& sua frigiditate reprimit terrã ne materia uapo/
ris ascendat. & ideo inducit ille uentus serenitatẽ:
hæc albertus ibidẽ. Item aristo. dicit in lib. de p/
bleumatibus. ubi supra ꝙ uenti boreales annales
sunt id ẽ flãtes de anno ad annũ determinatis tem
poribus in uere & in æstate post æstiuũ tropicum
austri autẽ non sic. Aut si flant austri determina/
to tempore anni non tamen sunt adeo continui
sicut uenti boreales nec ita permanentes sed bo/
reæ uidentur a nobis diutius durare postq̃ incepe
runt eo ꝙ nos sumus habitantes sub borea. Et se/
cundã causã assignat aris. eo ꝙ uenti boreales fiũt
aere permanente fiemato in eẽ suo ut plurimũ enĩ
per flatũ æstiuos tropicos & manent stabiles ut in
uere cũ sit mediũ quasi hiemis ad æstatem. Adhuc
enĩ assignat tertiã cãm ex hoc ꝙ auster & quilibet
uentus meridionalis est humidus apud nos & ca/
lidus: sed humido aqueo proprie locus est extrane
us & contra naturã eius & quia humida & magis
ingrossantia aerẽ sunt ut cõiter erratica huc & il/
luc tendẽtia & absq; auctore cũ humiditas sit ma
xime determinata unde non solũ erratice trãsmu
tantur humida sc̃d̃m eundem locum: & ibidem
accidit si motus aeris tantum: contingit fieri uen/
tus non secundũ eundem locum sed sc̃d̃m aliũ &
aliũ in quo mouetur: unde non permanebit uen/
tus australis sed borealis permanebit prout dictũ
est. Itẽ inferius ubi supra dicit aris. ꝙ uenti borea
les cessant flare circa finem diei & nocte silr non
flant: huius causam dixit esse quia uentus borealis
causatur ex liquefactione niuis & glaciei circa se/
ptẽtrionalia. sed liquefactio talium per solẽ cessat
circa sero & in nocte eo ꝙ sol recedit tunc ab he/
misperio nostro aut est sub eo unde sequitur frig⁹
in aere niuis & glaciei congelatio aerem infrigidã
do & his congelatis non flant boreæ eo ꝙ flãt cũ
caliditas solaris incipit uincere & dissoluere frigi
da congelata. unde & flatus boreales annuatim fi
unt circa conuersiões æstiuas. Itẽ dicit aris. ubi
supra, quod uẽtus borealis incipiẽs flare de nocte
nunq̃ extenditur ultra tertiũ diẽ. & huius causam
assignat dicẽs ꝙ uenti septentrionales cũ flant in
nocte reddunt̃ adeo impotẽtes ut suos flatus con
tinuare non possunt cũ insufflatio fiat a calo spi/
rituali: & hoc accidit per duplicẽ frigiditatẽ. s. lo/
ci septẽtriõalis & tẽpore noctis: naturaliter. ẽ. n.
nox die frigidior. unde quia aer motus nõ existẽs
mediate quantitatis: quæ autẽ talis est mox potest
flare pauca temporis caliditate: & quia modica
est caliditas modicus est motus aeris: facto autem
motu paruo & rei & paruæ quantitatis ipse mo/
tus siue uentus qui inde prouenit uelociter cessat:
hæc ibidẽ. Et dicit aris. ulterius ubi supra ꝙ cũ bo
reas uicinus sit terræ ꝙ uẽit a polo arctico ubi ter
minatur terra non latet nos etiã permanens tem/
pore modico imo per totũ flat fere. Sed auster nõ
mox accedit ad nos eo iã orginato ꝙ accidit quia
auster perflat a locis remotis a nobis: & quia sol ĩ
nocte efficitur propinquus ille plage qui est circa
austrũ & maxime qñ fuerit in signis meridionali
bus: tunc enim noctes calidiores sunt apud austrũ
q̃ dies apud septentrionẽ: potest etiã uerificari ꝙ
dicitur quãdo sol fuerit circa signa septẽtrionalia
eo ꝙ tunc magis respirit partes australes q̃ septen
trionales rũ peruenit circa tropicum cancri pro
pter quod in nocte circa austrũ multimodũ aer p
mediũ mouetur ita ꝙ in nullo mouetur aer min⁹
in nocte circa austrũ q̃ postea in die immo magis
quia dies circa austrũ cũ sint calidiores prohibent
uentum magis flare cũ desiccent humiditates reso
lutas in spẽ uentosos. unde & in. 2°. metheororu;
dicitur ꝙ uenti ut cõmuniter non fiunt tempori/
bus horũ medus. Sic itaq; boreas qui propinquus
est nobis eo ꝙ sub eo habitamus mox nobis oc/
currit simul quia si hoc non esset non possemus
eum sentire cum eius mora non sit longa sed au/
ster quia distat a nobis multum non mox occur/
rit sed diu post: & non solũ fit in die sed in nocte
Itẽ inferius ubi supra. dicit ꝙ uenti boreales ma
gis perflant oĩbus aliis uentis. Et huius cãm dicit
eẽ quia habitatio nostra situata est sub borea ubi
locus est magis altus. terra eni in loco qui est extra
uersiones æstiuales ubi nos habitam⁹ est magis ele
uata q̃ alibi ut dicitur. 2. metheoroꝝ & maxime
circa oriens. silr partes illæ niue sunt plenæ conti/
nue cũ solis potentia propter multũ distare nõ po
test eam in aquam dissoluere sic itaq; locus habi/
tabilis noster ut plurimũ situs est sub borea tamen
quia nix illic semper manet plurimi generant̃ in
his locis boreæ id ẽ uenti boreales q̃ australes: hæc
ibidẽ. Itẽ inferius ubi supra dicit aꝝ. ꝙ boreas ĩ
cipiens magnus est finiens uero paruus. Sed au/
ster se habet econtra. Et huius cãm assignat aꝝ. &
eius expositor dicentes ꝙ boreas ẽ nobis propin
quus q habitam⁹ loca ĩ septẽtrionẽ declinãtia: un
de uenit boreas. Sed auster remotus est a nobis q̃/
re cum incipit moueri boreas in relatione ad au/
strum fit magnus & fortis. Sed principium austri
quia distantes sumus inde dispargitur & differa/
tur in multas partes & per longũ tempus anteq̃
ad nos pertingat ita ꝙ in principio quando inci
pit paꝝ cõtingit & iõ uidetur paruus. Sed apud
finẽ suũ ad nos accedit quare magnus fortiter: in
borea uero contrariũ accidit oĩno enim non sen/
timus ipsũ circa finẽ sufflationis eius quia tunc fa
ctus debilis rationabiliter habet cessare: paru⁹ qa
finis boreæ & alioꝝ locoꝝ similiter ĩ suis locis p
ceptus est debilis unde & non sentitur in fine sed
in principio boreas nõ est paruus sed est magnus
Item dicit petrus expositor & aꝝ. ꝙ auster per
ueniens ad nos fortificatur quare transiens super
aquosa & paludosa eleuat fumos & uapores plu

rimos grossos qui calefacti a sole sub quo perueni
unt dissoluuntur. Et qui ad nos peruenit auster de
lato loco ad angustū ut a meridie uersus polū no/
strum borealiter ubi angustatur. Sed aer cū perue
nerit ad loci angustum uelocius mouetur tardius
uero cū ad latum: boreæ uero per oppositum as/
sunt causæ: hæc ille. Et ubi supra dicit aris. paulo
post ꝙ prouerbialiter dicitur austro in ciuitate &
finitate borea bonū est nauigare: & causa hu9 pa/
tet ex iam dictis eo ꝙ principiū austri & finis bo/
rei mitis est ut iā dictum est. Item ubi supra dicit
aristo. uersus finē illius particulæ. 26. ꝙ si flatus uē
ti & precipue uenti borealis incipit circa aurorā
& de mane diutius durat ꝗ̄ si inciperet flare alia ho
ra puta sero. Et huius cām assignat dicens ꝙ cum
sol de mane circa ortum incipit agere in aerem ca
lefaciendo & mouendo & trahendo uapores ad
se: oportet tunc ꝙ motus ipsius aeris sit uelocior.
Cū enim est sol in oriente & sit ei tanta potentia
& inuenit sibi materiam paratam uentus tunc in
ceptus ex motione & operatione solis sic uehemē
ter discēditur diu. Deinde dicit aris. ubi supra ꝙ
cum in die flatus boreæ est fortis & ipetuosus sed
nocte aduenīte cadit: cuius causam assignat ari
stoteles eo ꝙ boreas causatur ex pluuia congelata
in niues uel glacies quando eliquatur & exalat a
caliditate solis: sed in nocte cadit & quiescit eo ꝙ
illa eadem generatio & dissolutio & humiditatū
congelatarum non permanet eliquata sicut prius
erat: sed congelatur iterum. sed econtra est de au/
stro. flat enī nocte magis ꝗ̄ i die ꝓpter hoc ꝙ ua/
pores cū essent i die calidi & inflari non poterat
i eis spiritus uētosus & reseruari sicut i nocte quā/
do uergebātur & mediocres reddebātur: hæc ibi.

Et in fine illius particulæ uigesimæ sextæ dicit A/
ristoteles ꝙ uenti boreales in locis frigidis in hie/
me multum existunt sēper nebulosi & turbidi si/
cut in locis circa polum arcticum Sed extra hie/
mem & extra huius loca sunt sereni & depurati
absq; imbribus existentes: cuius causam assignat
eo ꝙ cū huiusmodi uenti sint frigidi & ualidi quā
do erunt propinqui erunt amplius frigidi eo ꝙ
uaporosi amplius & aquatici: neq; adhuc ad nos
superueniunt: prius enim cōgelantur ꝗ̄ nubes co
rum flatu impellant ualido & cum euentrant ex/
tra hiemem & sūt remoti a locis prædictis aliquā
tulum magis operantur sui ualitudine ꝗ̄ sui frigi/
ditate propter quod efficiuntur sicci & a nubib9
depurati ob uehemens & longe flare. Item su/
perius in eadem particula dicit Aristoteles ꝙ flan
tibus uentibus orientalibus magis comedimus &
meliusq; digerimus ꝗ̄ flantibus australibus: cu/
ius causam assignat ex hoc ꝙ uenti boreales sunt
aliis frigidiores: frigidū autem facit digestionem
propter antiparistasim causando: calidum enim
coadunit interius cum humido & confortat qui/
bus proficitur digestio: excitat autem appetitum i
frigidando orificium stomachi quodāmodo iu/
xta illud tengni cum stomacus frigidus; appetere
bonus &c. frigiditas ergo uentorum borealium
bonum appetitum & bonā digestionem facit.

Et bartolomeus ubi supra. libro suo de proprie/
tatibus dicit ꝙ uentus septentrionalis oritur ex lo
cis aquosis & congelatus propter remotionem a
circulo solis & ex montibus excelsis ex quibus ad
nos uenit. Et dicit ꝙ cum Aristoteles illis locis ne
queant uapores dissolui propter nimiam conge/
lationem aerem serenum reddit & pestilentia; ab
austro ortam remittit & repellit scd̄m Isidorum
uehementia quoq; sui frigoris terrarum & aqua/
rū supficiē cōstrigit & nūc i glaciei nūc i christalli
speciem scd̄m uel minorem indurationem alte/
rat & conuertit: uenti itaq; septentrionales cum
sint frigidi & sicci corpora in durant & poros
claudunt humores purificāt spiritus & sensus sub
tiliant nim digestiuam administrant uirtutē reten
tiuam confortant aerem pestilentialē lauant uim
generatiuam augmentant. Vnde dicit Aristote/
les in quarto de animalibus ꝙ si in conceptione
fetus uentus fuerit septentrionalis natus erit ma/
sculus. Et si fuerit meridionalis erit femella. Item
uentus aquilonaris humores malos contrahit: &
impedit ne in alia membra discurrant. uerum ta/
men tussim facit propter pectoris desiccationem
terræ & corporum facit asperitates frigiditate &
siccitate sua neruos contrahit percutit & constrin
git admodum & ad operationem membra impe
dit atq; ledit flores & fructus teneros ledit & cor
rumpit uineas germinantes & florentes exurit
herbarum & arboruꝫ uirem spoliat atq; tollit hu
mores desiccat exteriores & interiores: & ideo ti
sicis est nociuus quia pulmonem sua siccitate dil/
acerat & ulcerat ut dicit Galienus. Item uentus
septentrionalis frigidus est & siccus & de angu/
sta zona uentens ad amplum aerem quæ rarefaci/
ens subtiliat & desiccat & congelando partes hu
midas tam terræ ꝗ̄ aquæ superficialiter coadunat
unde dicitur aquilo quasi aquas ligans secundum
Isidorum: hæc bartolomeus ubi supra. Ex præ/
dictis satis patet ꝙ uenti septentrionales sunt fri/
gidi & sicci. Et dicit Ioannes ianuensis in suo ca/
tholicon super prima littera ubi scilicet loquitur
tur de pruina ꝙ uentus septentrionalis siue aqui/
lonalis est frigidus & siccus impediēs eleuationē

impediens eleuationē calidi uaporis. Et ptolemeus
primo quadripartiti capitu.11. dicit ꝙ pars septen/
trionalis horizontis est frigidissima ob hoc ꝙ ca/
loris occasiões q̄ nobis icūbūt propter solis exūtiā
cæli medio sedm nostri sit⁹ locū a nobis multū elō
gāt & in oppōne solis cæli mediū obtinentis uenti
ex hac parte procedentes frigidissimi sunt & con/
strictiui: hæc ptolemeus. Sic itaq; ex iā dictis patent
proprietates & naturæ uentorū septentrionalium.
Venti uero australes sedm isidorū & albertū in lo
cis præallegatis sunt calidi & humidi. & hoc idem
asserunt alii philosophi q̄; plures. Dicit enim beda
sub prio de temporibus ꝙ auster qui et nothus dici
tur temperatus est .s. calid⁹ & hūidus atq; fulmini⁹:
hunc a dextris euro auster calid⁹. Vēti itaq; australes
qa ex hūido flant maiores in mari tēpestates faciūt
q̄; septētriōales: hæc beda. Et frater alber. ubi supra
capi.2. dicit ꝙ auster est uentus calidus & humidus
flans flatu uehementi & calidus non a natura uapo
rum cū omnis uentus sit ex uapore frigido & sicco
sed quia exitus flatus eius & principiū eleuationis
ei⁹ materiæ ē ex locis meridionalibus quæ sunt cali
da & sicca secundū naturā: cū ergo incipit flare pro
pter locū fit calid⁹: & quia calidū apertiuū est & re
solutiuū resoluit materiā roris paruā eo ꝙ locus est
siccus ubi oritur nec mltū humorē præstare potest:
pcedens autē flatus cū eo ꝙ semp adheret ei plus &
plus calore loci p quē est processus flat⁹ eius inuenit
locū uersus septentrionē humidiorē & humidiorē
Et ideo quia ipse plus & plus est calidus ex loco tūc
aperit plus aquas ac terrā & attrahit continue ua/
porē humidū & pluuias & uaporē calidū & siccū
quasi ad nutrimentū sui extrahit a terra: & ideo ef/
ficitur semper uehementioris flatus & flatus calidi
adiectiui pluuiaq; ex multis nubib⁹ turbidis & spis
sis. Ex regione autē septentrionis. Septentrio ē uen
tus frigidus & siccus. Est autē frigidus eo ꝙ oritur
in locis aquosis frigidissimaq; aquarū quæ perpe/
tuo frigore generantur in aquilone. Tales enī aquæ
minime euaporant: & ideo uentus ibi ortus rema/
net siccus & purus Oritur etiā ex montibus altis q
multū distant a nobis in septentriōe & illi sunt mō
tes frigidi sub quibus concluditur uapor terre⁹ mul
tus & quando egreditur de terra egredit̃ multus &
spissus diu ibidē congregatus: & ideo est frigid⁹. lo
ca autē per quæ flat nō sunt calida: & ideo nihil ad
heret ei ex eisdē uaporibus eleuatis: sed peruenit ad
nos purus. Egressio autē austri non est pura sicut
iā diximus: & hoc patet ex ipso loco ex quo descen
dit ad nos qui calidus est & turbidus. Vnde uentus
auster excrescēs ab ipso turbidus & crassus pinguis
prouēit ad nos & cōmouet pluuias eo ꝙ ipse ex al
to descendens ad terras trahit ad se uapores humi/
dos & grossos ac turbidos qui sunt materia pluuia
rū. Hæc est causa quare frequenter pluuia multipli
catur in autūno usq; ad hiemis principiū & præci/
pue in extrema parte autūni quia etiam calor meri
diani feruoris & estiui qui combussit uapores in
meridie remittitur & plus eleuat de uapore q̄; con/
sumit: & hoc præcipue in extrema parte autūni .s.
quando sol est in libra ultra mediū eius: & in scor/
pione tunc igitur multiplicatur uapor uenti meri/
dionalis: & hæc est una causa quare sapientes in a/
stris dicunt ꝙ libra est signū uentosum in quo do/
minatur uentus australis: & ex causa est ꝙ austro
flante tepescit aqua maris quia uidelz multū adhe/
ret isti uento de humiditatibus calidis quas īmiscet
superficiei maris & ideo remittitur frigus eius & ef
ficitur aqua tepida ex flatu austri calidi: hæc albert⁹
ibidē. Et infra in eodē tractatu primo cap. dicit al
bertus ꝙ est consideratione dignū quare uentus ex
citat nubes turbidas & aggregat eas quando spar/
sæ sunt & inspissat partes earum. septentrio autem
conuerso facit quia delet nubes & separat partes ea
rum. Causa autē huius dicit albert⁹ proxima quidē
est quia meridies habet curuitatē in flatu suo & ua/
pore flatū faciente sicut res lata & longa & spissa
eius extrema sunt flexuosa hoc est uersus mediū sui
inflexi & inuoluta continuatio: & ideo cum flat in
uoluit in se partes nubiū inuentas & generatas suo
calore in aere in omni uia per quam transit: & ideo
flatu suo nubes aggregantur & partes earū compo
nuntur & inspissantur & efficiūtur turbidæ & de/
scendentes per pluuias. Septentrio autem est flatus
sicut res cuius extrema continue sedm rectā lineam
distrahuntur a medio: & ideo etiam distrahit par/
tes nubium inuentas in aere & diuidit eas ab inui/
cem & sua frigiditate reprimit ad terram ne mate/
ria uaporis ascendat & ideo inducit serenitatē: hæc
albertus. Et Aristoteles in libro de problemati/
bus ubi supra .s. particula.26. dicit ꝙ uentus austra/
lis breuis serenat aerē. Sed cū fuerit magnus & diu
turnus turbat aerē nubibus. Et huius causam assi/
gnat aristoteles dicens ꝙ auster quando incipit fla
re minor est ut dictum est prius eo ꝙ multum di/
stamus a loco sui originis: & ideo non multum ae/
rem ante se impellit. & quia talis non multum per/
turbat aerem ante se impellit nubibus sed potius
serenat: & quia non impellit multum. ipse etiam
in fine non poterit fieri magnus sicut est sicut con/
suetudo & natura: hæc ibidem. Et ubi supra pau/
lo ante dicit aristoteles ꝙ auster non incipiens sed
finiens est pluuialis: hui⁹ causam assignat dicens ꝙ
cum auster incipit flare calidū excitat & a loco ad/
usto suaz trahit originem: & quia uenit a loco cali/
do diu est anteq̄; infrigidetur & denset aerem p nu
bē & pluuiam. unde cū diuturnus fit flatus eius red
ditur infrigidatus aer & condensatur amplius i plu
uiam q̄; prius & illud erit in fine exsufflationis eius
hæc ibidem. Item in eadem particula.26. dicunt
Aristoteles & suus expositor ꝙ uenti & præcipue
australes sunt in fine cum debent cessare maxime ua
lidi: cuius causam assignant dicentes quia quando
flatus eorum fuerit coadunatus eo ꝙ materia non

est adhuc subtiliata & diuisa per totum aerem calidum & adhuc est modicũ calidum in uapore uentoso eo ꝙ materia cõpacta ebetat calidum & maxime austro illud accidit cum humidus fit & uaporosus Sed cum diu exsufflauerit & præsertim cum ad nos peruenerit transiuit iam maritima stagnosa loca & paludosa quare caliditatem sufficiẽtem & siccitatem cum subtilitate mediocrẽ acquirit propter quod redditur uentus australis maxime exsufflationis in fine. De borea est econtra cum materia eius ẽ modica & subtilis. Item ulterius in eadem particula dicunt Aristo. & suus cõmentator ꝙ auster & eurus qui accipitur hic pro subsolano eo ꝙ euri dicuntur orientales illi & uẽti calidiores sunt suis oppositis .s. boree & zephiro. Auster enim calidior ẽ & humidior borea: hic autem .s. boreas frigidior est & siccior: & similiter est de euro & zephiro sibi opposito. sunt itaq; calidiores illis quia oriuntur & ueniunt a locis calefactis a sole: illi autem minime: tamen & si hi sunt calidiores sunt etiam plus generatiui pluuiarum & inundationum: cuius causa assignant eo ꝙ calidum euro & austro congregatˀ interius repercussum magis ꝗ̄ sit illud calidum qđ remanet extra lateraliter in superficie nubis eo ꝙ tũc erat calidũ disparsum per totum. Nunc autem efficitur aggregatũ ex interius & potens: rum ergo calidum fuerit sic contractũ ad inferiora infrigidatur pars exterior & ingrossatur quæ tunc calefit & dissoluitur a calido fortificato exterius prorumpente quo si quidem interueniente contingit pluuiam fieri. Assignat ẽt aliã cãm ex locis unde incipiunt flare auster & eurus dicentes ꝙ aer calefactus ab orienta li regione calida defertur ab euro in occidentẽ frigidã: auster etiã calidus in meridie defertur ad septentrionẽ ptẽ ita frigidã. & ga adhuc existẽtes calidi cũ in frigidũ locum perueniunt citissime congelantur & in pluuiam conuertuntur: & ponunt ibidẽ quattuor. auster causat pluuiam dicentes ꝙ cum auster peruenerit uersus finem suæ exsufflationis redditur pluuiosus ga aer motˀ a borea redditˀ frigidˀ ꝑpter uehementiam & uelocitatem eius motus. Sed cum pertransierit super mare & super paludes & terminauerit ad terrã factˀ ẽ calidˀ uaporibus multis immixtis qui infrigidatur iterum propter distantiã maris cũ hoc deuenerit: & tunc pluuiam inducit: hæc ibidem. Item ulterius in eadem particula dicit Arist. ꝙ austro flante mare nigrum fit. borea uero opacũ & obscurum. Et huius causa est scđm eũ & scđm expositorem suum ex hoc ꝙ boreas minus perturbat marinas aquas cõmiscendo siccum terrestre cũ humido aqueo. Sed auster magis cõturbat atq; miscet & ꝙ flatus eius est tortuosus magis flatu boreæ Omne enim ꝙ conturbatum & cõmixtum est nigrum reputatur pori nanq; subalterni ĩ quibus aer humidus continebatur obtunditˀ: & ideo flante austro mare apparet subnigrescere: hæc ibidem. Item ulterius ubi supra dicitˀ aristo. ꝙ austri modice flantes nõ inducunt collectiõnẽ nubiũ. Sed quãdo plus fiunt contingit uapores per amplius ĩ nebulas congregari: & ipse & suus expositor assignat cãm huiˀ eo ꝙ uenti parui non possunt multas in unũ cõgregare nubes ut patet quia ipsi parũ occupant de loco: & quia non sparguntur euentando ad longinqua non inueniunt uapores quos in nubes congregent: sed cum uenti fiunt magni impellunt aerem secundũ multas partes quare uidentur plures nubes existere: uapores enim colligunt ex diuersis locis cõgregando ĩ nubes amplius cum sint parui: eorũ natura grauis & onerosa deciditˀ ad terram tarde mota propter quod accidit uentum quiescere ante nubium collectionem. Cum autẽ sint magni huiˀ oppositũ cõtingit: hæc ibidẽ. Itẽ iferiˀ in eadem particula dicit Aristoteles ꝙ in austrinis grauius se habent homines & imbecillius: & hoc est quia multum humidum liquefit propter æstum ex uento leui australi & sic uirtus infirmatur hæc ibidem.

Item inferius in eadem particula dicit ar. ꝙ si auster aduocabit & comunicet boream ꝑparando ei materiã euentationis & principiũ .q. conctatiuũ mox boreas surgens tempestatẽ & procellã inducit & ponit causam quia auster est turbidus diuisus & pluuiosus cuius quidẽ natura est cõmouere & educere aquam multã. & iõ cum fuerit huiusmodi in aere facta per austrũ prius flantẽ. Si postea boreas ꝑflauerit inuenta materia adducta per austrũ tempestatem in aere inducit. Vnde cũ boreas suo flatu lutum assũpsit uel etiã puluerem mox dispositio hiemalis adducitˀ & tempestas fit & maxime quia hi uenti non perflant ex opposito super iuicem obiuãtes. Sed maxime paratus est auster materiã præparãdo boreæ. Nam luti assũptio fit maxime ab austro & frequenter propter motũ eius impetuosũ apud nos quia ambulat per loca humida. Et ulterius quærit ar. quia dicitur austrũ mox boreã aduocare & idẽ quare boreas uelociter peruenit in austrũ & non ecõtra: & dicit ar. illud esse quia ipsius boreæ est ad nos accessus breuis & propinquus eo ꝙ habitamus sub borea. Sed ab austro mltũ distamus hæc ibidẽ. Itẽ in eadem particula .26. in principio dicit ar. ꝙ auster flat freq̃uẽter cum pruina. Nam materia pruinæ & niuis & taliũ cũ; perueniunt uirtute calidi ad medium interstitiũ aeris illic frigidi regionis illius & uentus borealis extrinsecus calidus congregari cogunt intra uaporẽ ita ut uaporem digerat & decoquat. Cũq; sic fuerit pruina decocta ingrossata & naturaliter perit deorsum. Et quia hi effectus contrarii .s. decoctio pruinæ & ipsius expurgatio oportet ꝙ fiant a causis contrariis. Sed boreas & auster causantes huiusmodi effectus sunt contrarii: boreas .n. decoctiõnẽ operatur pruinæ. Cum igitur auster eius inducat expurgationẽ ipsã sui humiditate grauando ut ruat deorsum quare post ma

teriã decoctam maxime necesse est austrũ flare presertim cum tunc aer humidus & turbidus efficiatur. Deinde dicit ag. ꝙ uniuersaliter nix grando aquaros & pruina & huiusmodi cum fiunt significant expurgationẽ uaporis decocti a calido fortificato per frigidum. Et ideo cum fuerint tales expurgationes in quibus uenti sunt inserti decidunt & quiescũt uenti post expurgationem uaporũ prædictorũ uel in pluuias uel in pruinã aut in huiusmodi. Vnde dicit ag. ꝙ post pluuiam & huiusmodi tempestates cadunt uenti hæc ibidem. Itẽ ubi supra dicit ag. ꝙ auster fetidus est cum tamen sit uentus cuius materia est exalatio sicca & peruenit a loco adusto. & huius causam dicit esse quia auster de sui natura reddit corpora calida & humida relaxando ipsa quæ autem sunt huiusmodi maxime sunt putrefactioni exposita cum ipsa fiat per calidum ut dicitur 4. metheororũ: dissoluit etiam uirtutem & relaxat iuncturas & iõ dictum est prius ipsam esse pestilentialem præ aliis uentis. Item dicit ag. ibidem ꝙ australes uenti perflant a mari & non a paludibus putridis & iõ conferunt plantis & reddunt ipsas fertiles quia uentus hic ex mari peruenit cadens coram ipsis imediate non pertransiens auram per loca stagnalia paludosa neq; adusta & deserta: & iõ actio eius est tractio & impulsio scd̃m planetam & equale. non enim oportet ad ipsas fortiter & impetuose accedere. Sed potius paulatim pertransiens aurã per loca stagnalia ut ualeãt perfecte crescere: hæc aristoteles & suus expositor in illo loco. Item ubi supra dicit aristoteles ꝙ uẽti australes maxime flãt in hieme. s. uere incipiente & autũno finiẽte ut sunt tunc undosi & procellosi & conuersiui. & huius causa ponitur ab aristotele & ab eius expositore ex hoc ꝙ dum sol existit prope aquilonem. necesse est ut uenti generentur ibidem. Et in hieme & cum sol fuerit in signis australibus motus eius est prope austrum. unde & tunc flant uenti australes & maxime cũ uer incipit & cum finit autumnus tunc enim calefit terra per solem cum directe permaneat circa loca australia quare necesse est uentos australes ĩ prædictis oris maxime flare. Et sunt nobis undosi eo ꝙ transeunt per loca stagnosa & paludosa quando ad uos perueniunt: hæc ibidem. Item superius in eadem particula dicit aristoteles ꝙ uenti australes maxime flant in cane id ẽ ĩ ortu & occasu canis. Et scd̃m prædictum petrum expositorem aristotelis ubi supra non solum austri flant tempore ortus & occasus canis: immo & omnes alii uenti quia tũc inueniant magnam materiam in aere. Sed & austri maxime tunc flant. Et secundũ sententiam aristotelis & petri prædicti uenti maxime flant his tẽporibus & præcipue auster quia per partes inferiores aeris tunc calefactæ sunt eo ꝙ sol existit supra hemisperiũ nostrum calefaciens aerem ad cuius caliditatem multus uapor eleuatur cumq; & tunc habent flare maxime uenti australes quia sunt proprie annuales ut dictum est prius. Et dicit petrus expositor aristote. ubi supra ꝙ triplex est ortus & occasus sibi oppositus. s. cosmicus siue mundanus: heliacus siue solaris & cronicus siue temporalis. Et cosmicus ort⁹ ẽ quando signum uel stella oritur sole oriente ut cum canis qui est circa quintum gradum cancri oritur sole existente in cancro constat illos quidem dies esse calidissimos & humidissimos. Calidissimi quidem tunc sunt per coniunctionẽ solis cum cane quæ est stella grãdis & naturæ calidæ. Sunt etiã illi dies calidi tamen quia sol peruenit fere ad cenith capitum longo tempore permanens super hemispæriũ. tamen quia pluribus dieb⁹ sol moram in uno loco fore cum accedit & recedit ad caput cancri & locus sensibiliter non uariat tamen etiam quia leoni appropinquat qui domus est eius uitam. Humidi autẽ sunt illi dies propter naturam cancri in quo etiam sol existit qui siquidem est humidus ualde propter quod a terra eleuatur uapor & efficitur uentus precipue australis & maxime ubi preddictæ causæ calefacientes non dominantur exsiccando nimium & contingant frequenter circa illud tempus uenti ualidi eradicantes arbores & alias res: fiunt enim ex forti causa eo ꝙ tunc non eleuatur nisi uapor grossus & multus prius calefactus uehementer. & quia calidus est nũq; a se frigus expellit ad unum locum & tunc calidum uehementissime percutit uaporem eleuatum percussus autem impetuose exsufflat & etiam deicit erecta resistentia. Ortus autem eliacus est quando signum & stella incipiunt uideri in oriente de mane recedente sole ab eo quomodo canis orta emergit cum sol peruenerit ad leonem quo tempore & nocte maxime aer incipit infrigidari & per consequens aliqualiter humectari tunc quoq; uentus incipit fieri. Sed non impetuosus cum aer tunc contemperetur & ideo dicitur uẽtos ausrales flare hieme incipiente tũc enim potentes sunt suo flatu hæc petrus. Et alibi in eadem particula quærit etiam aristotelis prædictum probleuma. s. propter quid in cane austri flant: & ibidem in fine dicit ꝙ non confestim flant austri ut communiter post canis ortum aut occasum. s. cum fuerit sol in punctis tropicis uel post confestim eo ꝙ transmutationes sunt adhuc ita paruę ꝙ non suscipiant alterationem aeris ad uentos. Sed incipit hoc fieri quintodecimo die post uersiones: tempus enim illud licet sit quædam pars temporis ipsi⁹ talis alterationis est tamen denotatum super totum tempus ut oculus supes totum corp⁹ hominis apud phisonomicos aut quia sol in illis quindecim diebus peragrat medium signi & luna medietatem sui circuli: hæc aristoteles & suus expositor petrus ibidem. Item supra ubi prius dicit petrus ꝙ ortus cronicus siue temporalis est cum aliquod signum uel aliqua stella emer-

git supra orienté de sero sole occidente. Et ex his tribus modis ortus per oppositum apparent occasus. Ex quibus etiam patere potest quomodo auster aut alius uétus fit sub cane licet tempus sit calidū: ita ꝙ hypocras. 4. amphorismorum prohibeat purgationes sub cane. Nā & ante cané sūt purgationes molestę. hæc petr⁹ ibidé. Et frater albertus ubi supra ca. 17. ponit similiter ꝙ illi dies sunt calidissimi quando canis est sub radiis solis & hoc propter easdem causas iā allegatas a prædicto petro paduanensi. Et dicit etiā albertus ibidē ꝙ si terra in isto tépore est infusa humido continuāte tantūmodo: eleuat tunc sol multū uaporé & facit uentū & sic particulariter & nó uniuersaliter fit uentus propter causas dictas apud ortū canis cosmicum præcipue tamen fit uentus quando humidū continuans non faciliter separabile a terrestri sicut est glutinosū & aliquātulū uiscosū humidū quia tūc uapor est multū spissus & facit uentū uehementé. Si auté humidū aqueū abundet & facit fluere terrā adhuc in huiusmodi diebus generatur uentus quia calor feruidus exsiccat superfluū humidū & remanet humidū continuans tantū & hoc dat materiā uenti. Et dicit albert⁹ ibidē. Scias ꝗt ꝙ aꝝ. alibi dicit ꝙ generatio pluuiaꝝ i diebus canicularibus fit p accidens & raro & hoc contingit propter dictā causā quia. s. feruor caloris exsiccat subtile humidū quod eleuari potest i pluuias & remanet humidū grossū continuans puluerē super terrā & faciens euaporare materiā uentoꝝ. Itē dicit albertus ꝙ est hic sciendū ꝙ illud tempus causa est abscisionis uentoꝝ quia calor tunc temporis plus consumit ꝗ̄ eleuat de uaporibus & iō ex utroq; colligit̃ ꝙ in tempore isto uenti sunt rari. Sed tātū uenti illi sunt fortissimi & ipetuose eradicantur arbores & deiicientur edificia eo ꝙ tūc eleuatur ibi uapor grossus qui calidus est primo & quia aer calidus est & tunc undiq; ex se expellit frigus ad unū locū & illud quod fortissime percutit uaporē eleuatū qui percussus impetuose exsufflat aerē & deicit ea quæ resistunt. Sic ergo itelligitur ꝙ hic dicitur. s. ꝙ tempus caniculare est causa uentoꝝ fortium & est etiā causa abscisionis uentoꝝ communium. Item dicit albertus ꝙ ortus eliacus canis. s. de quo dictū est & hoc est quādo sol est uersus principiū signi uirginis est etiā signū uentoꝝ tunc eni quādo. s. canis sic oritur tempus habet qualitates quæ sunt frigiditas & siccitas & sunt ille qualitates autūni & tunc est tempus ortus uentoꝝ frequentiū. sed non impetuosoꝝ. Itē dicit albertus ꝙ tempus occasus canis est super tempus uentoꝝ sed non eodē modo quia duplex est occasus eius sicut duplex ē eius ortus: occidit eni occasu cosmico in hieme quando sol est in fine sagittarii uel i principio capricorni: cū eni tūc sol oritur i mundo tunc occidit illud quod est i pedibus geminoꝝ uel iuxta cancrū ad meridiē ultra zodiacū & tunc est tempus frigoris & constringit̃ terra: & iō uapor terren⁹ sub terra congregatus nō potest paulati euaporare & iō congregatur donec potest aperire terrā ut euaporet & fiat uentus & iō isto tempore uenti fiunt de die quia tunc sol aperit porros terræ ut exire possit materia uentorum. In nocte auté propter occultationē solis clauditur terra propter frigus & iō absconditur materia uaporꝝ & quiescunt uenti cū nec sit eleuans eos nec frigida aperiēs quoꝝ utraq; facit sol per diē. Idē autem tempus est causa abscisionis uentoꝝ per hoc ꝙ sol tunc debilis est & uaporē sufficientē eleuare nō potest & etiam quia terra tunc constricta est per frigus & simul fortiter tenent̃ partes eius & nó faciliter obediunt separationi quæ fit per euaporationē.

Occasus auté elyacus est quando occultatur canis a uisib⁹ hominū sub radiis solis & hoc & in æstate quando sunt dies caniculares sicut iā dictū est quando locutus est de ortu cosmico: hæc albertus ibidē. Sic ergo patet qualiter uenti fiunt & præcipue uenti australes in ortu & in occasu canis tam cosmico ꝗ̄ eliaco. Et aꝝ. 2. metheoroꝝ ca. 7. dicit ꝙ in discreti uenti & dissimiles idest graues & magni fiūt i ortu & occasu horizōtis. Est auté ortus eius post declinationem solis a tropico hiemali quasi circa principiū ueris sole existente i tauro ibi eni absconditur se sub radiis solis oriens mundo simul cū oritur sol & dicitur ille cosmicus ortus siue mundanus.

Itē dicit aꝝ. ibidē ꝙ in permutatione æstatis ad autūnū fiunt uenti dissimiles tunc eni rationabile ē fieri uentos quando aer est plenus in turbationibus quia tunc aer quandoq; conuertit se ad dispositiones temporis futuri & iō rationabiliter tūc aer est tumultuosus & uentosus & iō circa finē hiemis & principiū ueris adhuc etiā in fine æstatis & circa principiū autūni fiunt uenti frequenter. Itē dicit Aꝝ. ubi supra ꝙ uenti magni ut communiter singulis annis flant in principio autūni uel circa & hoc est quando sol est uersus principiū signi uirginis. s. in septēbri. Vnde & dicuntur huiusmodi ethezie idē annales uenti & habent istas proprietates non eni flant quando sol est prope nos. s. sole existente i cancro in iunio ui neq; quando sol incipit esse in leone. s. in iulio neq; flant quando sol multū distat a nobis. sed flant sole existente in uirgine. Alia etiā proprietas istoꝝ uentoꝝ est ꝙ diebus flant noctibus auté cessant. Causa auté quare isti uēti non flāt cū sol fuerit multū prope et quia sol magnitudine sui caloris prouenit exsiccando terrā anteq; possit facere fumū uel exalationē quæ sit materia uenti & iō tunc non fiunt uenti: flant auté prædicti uenti cū sol aliqualiter abscesserit & non fuerit multū prope nos quia tunc terra caliditatē habet sufficientē ex diuturna mora solis precedente quando. s. erat i cācro neq; s. habet caliditaté nimis excellenté quia sol incipit accedere a nobis caliditate primo ipsius terre niues prius congelate liquescunt & tunc terra eū caliditate sui propria & cū caliditate solis quasi turgescit & emitit ex se multā exalationē quæ prin/

cipium & materia uentorum. Causa uero quare præ
dicti uenti flant de die & non de nocte non exa-
lat in locis illis ita ut causetur uentus neq; enim ali
quid ualde cogelatū neq; aliquid ualde siccū exa-
lat. Sed siccū quod habet i se humiditatē & calorē
sicut ante declinationē solis a tropico estiuo flāt
uēti quos diximus ethesios.i.uentus australis cu-
ius causā diximus. Et sicut post declinationē solis
a tropico hiemali flāt uenti quidē australes. Qui
dicuntur orniehie & dicuntur sic ab aliqua cōstel
latione cæli & incipiunt flare septima die post cō
uersionē hiemalē & flant in uere. Et sunt isti uen-
ti qui dicuntur orniehie minores & debiliores e-
thesiis quia sol cōmouens istos uentos adhuc est
multū longe a tropico æstiuo a quo flant uenti p̄-
nominati & iō interpellatis uiobus flāt quousq;
sol ueniat ad tropicū æstiuū a quo quidem tropi-
co cum declinauerit sol flant ethesie hæc Ar. Ex
prædictis satis patet qualiter uenti fiunt apud or-
tum canis & apud ortum orionis & occasus co-
rum. & dicit ar. in libro de problematibus par
ticula .26. ꝙ in orione idest in ortu orionis di-
es fiunt uarii & permutan diuersis permutatio-
nibus nūc ad unā naturam nunc ad aliam. Simili
ter etiam & uenti tunc sunt īdeterminati & indi-
stincti. Et huius causam ponunt ibidem aristotel'
& petrus p̄dictus expositor suus ex hoc ꝙ omnia
sunt uaga & indeterminata cum debeant deter-
minari de una dispositione in aliam eo ꝙ partim
sint in termino a quo & partim i termino ad quē.
Sed illud accidit cum orion oritur .s. in prin-
cipio cum fructus maxime primitiales incipiunt
maturari .s. in temporibus calidis temperatis cu-
ius fructus sunt cerasa frage & huiusmodi. Sed oc
cidit orion hieme incipiente quando fructus o-
mnes sunt maturati & iam repositi. Et quia ori-
tur orion & occidit in temporibus prædictis in
quibus non dum confirmatum est & habitua-
tum aliquod tempus perfecte cum sol tunc existat
in signo bicorporeo siue comuni unum enim ec-
deecepit temporum & aliud initiari ita ut i uno
coniungantur duo loca & eius ortus erit circa me
dium mai occasus uero eius est per oppositum cir
ca medium nouembris sagittarii occidente prin-
cipio quo tempus autumnus incipit recedere &
hiems appropinquat necesse quidem est tunc uen
tos confirmatos & potentes reddi: declinat enim
utruq; oppositio quare componentia remanent
confracta quia prouerbialiter dicitur ꝙ ortus &
occasus orionis difficilis & intollerabilis & im-
petuosus est quoniam propter inequalitatem tem
poris necesse est totum sub tempore huius pertur-
bari & inequale fieri. Vnde dicitur ꝙ mutatio-
nes eorum maxime generant morbos & proprie
oim profectio fuerit mutationes autumnales hæc
ibidem. Et frater albertus ubi supra capitulo deci
mo querit istam questionem quare isti duo uenti
septentrio & meridies plures & fortiores faciunt
exsufflationes q̄ uenti qui ueniunt ab oriente &
ab occidente & alii collaterales eorum & soluit
questionem propositam dicens ꝙ dupliciter pos
sumus accipere aequilonē & meridiem .s. secūdm
ꝙ sunt partes quæ sunt iuxta polos mundi secūdm
ꝙ ubiq; in mundo acquilo & meridies sunt maio
ris exsufflationis q̄ oriens & occidens. Possu-
mus etiam accipere illas partes secūdm ꝙ sunt in cli
matibus distinctis quia non est necesse ꝙ flante
uento in uno climate ille idem exsufflet in climate
alio. In omnibus tamen climatibus est unum ꝙ a
quilo & meridies fortioris & frequentioris ex-
sufflationis sunt q̄ alii uenti. Si autem nos osten-
derimus causam efficientem quare hoc est in aqui
lone & in meridie in mūdo tunc manifestum erit
cum hoc quare hoc sit in climatibus quia uapor
climatis principium trahit a uapore plage mun-
di clima enim quintum auram accipit meridia-
nam a climate quarto & clima quartum a tertio
& sic deinceps usq; ad primum clima ꝙ accipit
auram meridianam a quarta terræ quæ est ultra e-
quinoctialem quæ est regio meridiana simplici-
ter quia protenditur ab arcu equinoctiali qui ue-
nit de oriente in occidens in capite arietis & libræ
usq; in polum meridianum. Similiter est de au-
ra aquilonari q̄ climata conuertuntur recipit a
sexto & sextum recipit causa a septimo & septi-
mum iterum a regione aquilonari quæ est usq; in
polum aquilonarem. Et licet uentus unius clima-
tis non necessario sit in alio tamen causa uento-
rum unius climatis recipitur ab alio climate licet
sit debilior & fortior ex parte agentis & ex par-
te pacientis secūdm diuersitatem latitudinis q̄ ha-
bent ex distantia ad uiam solis & stellarum. His
prenotatis dico ꝙ fortis & multa exsufflatio cau
satur a plurimo uapore congregato spisso & non
impedito per materiæ abscisionem. Cum ergo sol
non sit in aquilone nec in meridie nisi per illumi-
nationem & non per presentiam corporis sui si-
cut autem in oriente & in occidēte & in locis me
diis quæ sunt in uia solis per illuminationem & p
corporis sui presentiam sol magis calefacit orien
tem & occidentem & loca intermedia q̄ aquilo-
nem & meridiem: calor autem fortis multum at-
trahit humidū .q. in suū nutrimentū ergo multæ
uaporatiōes fiunt i uia solis iter oriētē & occidē
te & ille cōuertunt' in pluuias & i alias ipssiones

humidas cum sol elongatur ab eis quia cum est in
oriente tunc infrigidatur uapor ī occidente eo q̄
longe distat a sole: & econtra cū sol est ī occidēte
ifrigidatur uapor in oriente & cōuertuntur ua/
pores in aquam & descendit pluuia cuius descen/
sus impedit uentum: ergo in oriente & in occidē
te & in locis mediis parue sunt exsufflatōnes cau
satæ ab illis locis nisi loca materiæ etiam recipiunt
eas aliunde. s. a locis aquilonaribus & a meridio/
nalibus remotis a uia solis. In illis enim locis sol
non est per præsentiam corporum directa diame/
tro & ideo est in illis locis calor debilis & præci/
pue in aquilone quia ibi sol moratur in auge cir/
culi sui: in meridie autē mouetur in auge opposi
to quæ est minor pars diametri eiusdem circuli &
ideo minus calidus est in aquilone q̄ sit in meri/
die: q̄a licet obliquitas a uia solis sit equalis tamē
altitudo sua a terra inequalis ē quia magis uicina
tur terræ in signis meridionalibus q̄ in signis sep
tētrionalibus: calor ergo debilis ī meridie & pre/
cipue in aquilone facit hoc quia calor digestiuus
debilitatē facit in animali facit eñ humores terre
stres indigestos & grossos qui sunt in animali ma
teria uentositatum & in mundo sunt materiæ uē/
torum & ideo quātum est de causa efficiente par/
tes aquilonares & meridionales maioris sunt ex
sufflationis q̄ partes orientis & occidentis & lo/
corum quæ sunt inter orientem & occidentem in
uia solis: partes autē orientis & occidentis & lo
corum intermediorum in uia solis ut plurimum
sunt humidiorum ipressionum quam aquilona/
res & meridionales nisi forte propter niues quæ
habundant in partibus meridionalibus & septen
trionalibus quæ & cooperantur ad uentos ut di/
ctum est prius hæc albertus in isto ca. 19. Et ubi su
pra insertus in ca. 24. dicit albertus causam quare
sunt plures uenti in meridie & in septentrione no
stræ habitabilis q̄ in aliis partibus eius dicens q̄
causa huius est quia sol ascendens nunq̄ totam ha
bitabilem siue totum horizōtem radiis suis simul
illuminat nisi quando est in loco cæli medio siue
in meridiano nostro & tunc operatio eius est for
tis & respicit tunc radiis suis septentrionem &
meridiem & quia tunc fortis est ideo multum tra
hit & eleuat uaporem quia nō diu stat. sed statim
declinat a cardine cæli ideo non consumit uapo/
rem in illis locis eleuatum. sed generantur inde ni
ues quorum licet inundatio sit in locis mediis in/
ter orientem & occidētem cum frigiditate sua &
humore impellit uaporem terræ ad utranq̄ extre
niam regionem hoc est ad aquilonē & meridiē &
iō fiunt ibi multi uenti quia sol ibi eleuat de terra
uapores expressos & tunc obuians in aere frigus
percutit eos & fiunt uenti & quia solis mora par
ua est in parte septentrionis & meridiei ideo ope
ratio eius debilis est & pluuiæ sunt paucæ & uen
ti multi econtra autē est in oriente & in occidente
& in locis intermediis. s. uia solis. Et dicit alber/
tus q̄ hoc quod iam dictū est intelligitur de septē
trione & meridie habitabilis nostræ ita q̄ meridi
es & septentrio sunt partes ipsius habitabilis par
tis terræ. Et etiā hic attendendū q̄ cum uapor ter
renus cedit soli plus ad unam partem tunc non ce
dit ad aliā nisi paꝝ & hæc est cā quare isti duo uen
ti. s. auster & septentrio nunq̄ flant fortiter simꝉ.
Sed uno illoꝝ fortificato alter debilitat̄ nisi for/
te rarissime hoc contingat: hæc ibidē albert⁹. Pro
pter hoc autē quæ diximus patet qualiter se habēt
ad inuicē uenti australes & uenti septentrionales
& patēt etiam ipsoꝝ naturæ & proprietates per
iam dicta. Et quia allegatū est ex multis auctorita
tibus q̄ uenti meridionales sunt calidi & humidi
Adhuc uolo hoc idē confirmare per auctoritates
& proprietates alias & naturas uentoꝝ australiū
prædictis intēdo superaddere. Dicit itaq̄ alber.
in libro suo de proprietatibus reꝝ tractatu. 10. q̄
uentus australis calidus est & humidus atq̄ fulmi
neus densum aerē facit atq̄ spissū & nebulas mit/
tit suo calore poros terræ aperit & sua humidita/
te pluuias multiplicat & adducit ut dicit Isido/
rus tempestatē etiā i mari generat quia ab imo flat
ut dicit beda. Poros corporum aperit uirtutes.
s. animales impedit grauitatem in corpore facit ut
dicit hypocras uenti inq̄ austrini grauant auditū
caliginosi sunt & capita grauātes pigros dissoluē
tes dissoluunt enim uenti australes humores ab ex
terioribus ad interiora sensus etiā grauitatē faciūt
& calorē quæ corrumpunt & egritudines faciūt.
s. recidiuationē podagrā punctum & cōmouent
epidimiam & acutos febres. Vent⁹ itaq̄ australis
oritur ī zona iuxta polū ātarcticū quæ præ nimia
eius frigiditate est inhabitabilis. Vnde & ibidem
frigidus & siccus naturaliter quantū est de suo or
tu sicut & septētrio qui flat a polo opposito. Sed
dū transit per torridā zonā ibi calorē assumit &
quia uersus meridiē uenit ibi est maior aquaꝝ co
pia & ubi sunt loca uapoꝝ & rore plena humidi
tatē contrahit ibidē & aquirit unde & apud nos
calidus & humidus inuenitur. Et ipso flante aer p̄
dicto uapore repletus in pluuias resoluitur & q̄a
de ampla zona aerē īpellit ad nostrā partē angu
stam & iō condensat aerē. Vnde & nubes generā
tur & ex inde solares radii obscurātur ut dicit ysi
dorus. Et dicit bartholomeus q̄ multas habēt au
stri laudabiles proprietates quia est uentus mollis
& est mollicu⁹ calidus & humidus pluuiæ & ro
ris ministratiuus & augmentatiuus nutrientibus
poroꝝ terræ apertiuus germinū & seminū pro/
ductiuus superficiei terræ renouatiuus pēnaꝝ ue
teꝝ & plumaꝝ in auibus materialibus humoꝝ
frigidoꝝ & compactoꝝ in corpore dissolutiuus
sudoꝝ & euapocationis fumositatū & humoꝝ
superfluoꝝ prouocationibus & reptilium & uer
miū terrestriū de īferioribus terræ eductiuus. Et

hæc sunt proprietates uenti australis secundum bartol. ubi supra. Item secundum ioánē ianuensem i suo catolicon ubi loquitur de pruina: uentus meridionalis est congregatiuus nubiū & calidus & humidus. Et dicit ptole. primo quadripartiti. ca. 5. q pars meridiana horizontis est calida ob hoc q solis calor multus est cū in cæli medio moratur & qm hæc pars quantū ad nostræ regionis sitū est dextra uel meridiana. uenti qui ab ea parte procedunt generaliter meridiani nuncupantur quātū calidi sunt & cōburentes: hæc ptole. ibidē. Et dicit hali ibidem q multū bn̄ dixit ptole. quantū ad nostræ regiōis situ &c. quia si posuerimus q aliqua populatio sit in parte meridiei erit septentrion uel qui morantur ibidē de mō quo nobis est meridies. s. calidus & cōburēs: hæc ille. Ex his itaq; quæ in hoc ca. iam dicta sunt patent proprietates & naturæ oium uentorū. s. orientaliū occidentaliū septētrionaliū meridionaliū secundum snīas diuersorum phorum. Et dicit Isidorus. 13. ethimol. cap. 15. q præter uētos iam noiatos sūt duo alii q spūs magis q̄ uēti debēt dici. s. aura & alchanus. Aura ab aere dicta ē q̄si nerea eo q sit leuis motus eius sicut motus aeris. agitatus enī aer aurā facit. Alchanus uero qui i pelago ē p diurna cōem ab alto id sed mari uocatus est. Nā aliter. s. aura ē flatus in ripis. Aura enī terrens ē: hæc Isidorus & beda de tpibus lib. 1. loco de istis duobus uētis dicens q & sunt extra. 12. uentos prius noiatos spūs dicti magis q̄ uenti s. aura & alchanus aūt leuis motus aer est i terra alchanus uero in pelago imperare. Et finit hoc caplm de proprietatibus & naturis uentorum.

Capitulum. 4. de uētis propulsis a nube uersus deorsum.

Postq̄ precessit sermo de uentis flātibus a diuersis plagis mūdi. Mō in hoc ca. intēdo loqui de uētis qui ppelluntur ex nube uersus deorsum cuiusmodi sūt illi qui dicuntur echuephia & typho de qbus arist. 3. metheororum. i princi. Est aūt echuephia siue euesia secundum arist. Vētus quidā propulsus ex nube deorsū q secundum lineā rectam & cū magna uiolētia. Fit enī iste uentus q mīa exalatio aliqualiter spissa & corpulēta tota simul ppellitur ex nube. multus aūt spūs & rotus nō propellitur nisi a magno frigido q aūt a magno frigido propellitur celeriter: mouetur autē motum fortiter & uiolēter mouetur. Fit aūt prædictus uētus magnus & cōtinuus per hoc q expulsa aliqua parte exalationis sicce ab ipsa nube consequitur ipam multa & continua congregatio eiusdē exalationis. Sic enī fit fortis & cōtinuus uuosias queadmodū fit pluuia fortis & magna quando una parte nubis conuersa in aquā & aliæ partes cōsequētes in aquam permutatur. Et frater albertus. 3. metheororum tractatu. 3. ca. 15. dicit q uapor terreus qn̄ apparet in aere ad superficiē aeris eleuatus est uentus: & qn̄ occultatur in uētre terræ facit terremotū: & quādo coarctatur i uētre nubis facit tonitruū & coruscationē. Sed uētus aliqn̄ egreditur de nube nō ignitus nec multū expulsus. Vētus enim de nube paulatim sine magna expulsione egrediēs nō facit tonitruū: & precipue si fit ex uapore subtili non habēte condēsatas partes ex frigido multū percutiēte ipsum nec ex humido uiscoso cōtinuante eum. tūc enī egreditur sine sono uel cū sono paruo ualde qn̄ aūt nō ignitur sed cū exsufflatiōe magna & fortiter egreditur circa unā partē nubis proicit ad aliā & facit partes nubis spissas & ideo coaptatur ad magnas guttas generandas quæ cadūt tpe tonitrui antequā ueniat pluuia magna. Magnitudo autē illius guttæ est secundum proportionē qua uētus ppellit unā partē nubis ad aliā: & hora qua nubes icipit conuerti in aquā. Iste aūt effectus ē uenti est cū priso subtile uaporis inclusi in nube separari incipit a grosso luioso & anteq̄ nubes multū inspisset per frigus quia tunc subtile uēti incipit exire de nube & sufflat partes nubis ita q ispissantur & couertuntur i magnas guttas ualde hūidas. Si aūt aliquis de hoc dubitans obiiciat qualr eē possit q uentus iflatiuus q per hoc ipsum q flat distruere uidetur partes nubiū: & ita phibere guttas magnas: scias q iste uētus de quo nūc loqmur nullus ē eorum duodecī uentorum quos supra diximus: sed ē uētus egrediēs de nube & non attingit nubē extra: sed intra: ideo interiores eius partes exsufflant exteriorem: & sic inducit spissitudinem in partibus nubis & diuidit nubem & egreditur: quia cum pars exsufflata inundat super aliam necesse habet cedere ab ea quæ prius sibi fuit continua & sic inciditur iter nubes & exit uentus non ignitus: hæc albertus ibidē. Et secundū istum eundem modum egreditur de nube: uentus qui dicitur turbo qui secundum aristo. uero typho sub maiori tamen uiolētia egreditur. Turbo uero secundum Isidorum. 13. ca. 16. est uolutas uentorum dictus a terra quotiens. s. uentus consurgit & terram in circuitu mittit. Et hoc idem dicit ioannes ianuensis in suo catholicon super. c. littera. Et dicit aristo. tertio metheororum. cap. primo. q uentus qui dicitur typho fit quando spūs exiens de nube habet exitum ualde strictum propter hoc q latera nubis sunt multum gelida & spissa: tunc enim exit in principio aliqua modica pars exalationis facilitatis ipsam moueri: & uadit uersus terrā: nō tamen secundum rectum sed quodāmodo curuo: illam uero partem sequentur quædam aliæ partes exalationis faciētes ipsam moueri uersus terram: & sic mouetur continue prima pars uersus terram cum curuo quodā motu quousq; circa terrā illa prima pars expulsa cōiungatur alicui parti exalatiōis quæ posteri fetebatur es nube ita ut ex tali cōplexiōe fiat quasi circulus quidam: & sic generatur iste uētus qui dicitur typho factus secundum circulum & alio noie

dicitur turbo hoc secundum sniam arg. Et albert[9] ubi supra capitu 16. dicit quod uentus turbo sit ex hoc quod aperit nubes una in uno loco & alia in opposito situ ad illã: & illi duo uenti concurrunt i medio & uterq; illorum ab altero impellitur & impellit eum non quidẽ in sublimi sed i terra. eũ ergo ex nubibus egredientes fiunt duæ exsufflationes oppositæ conuenientes in loco ubi terrã percutiunt illæ duæ exsufflationes faciunt uentũ turbis eo quod utraq; alterã impellit & impellitur ab ea & ideo per modũ circuli rotundat & inuoluendo se inuicem ascendunt in altũ & trahunt secũ puluerem & corpora minuta sicut linũ stipulã & paleã. Est autẽ diligẽter attendendũ quod secundum omniũ peripateticorum sniam traditur iste uentus ut plurimus fieri in æstate quando est tempus tonitrui: & ideo etiã significat tonitrua post futura infra paucos dies. & si fortis est turbo forte non procedit tonitrua nisi una hora uel duabus uel forte in parte huius horæ. Et si fit in hieme fit tempore niuis. Sed non uehemẽs traditur ẽt iste uentus esse exiens de nube & nõ aduenientes aliqua plaga mũdi sicut alii uenti & in figura rotundus. Cã autẽ quare ut cõiter accidit est quia tunc eleuantur nubes aqueæ includentes i se uapores terrestres. Si aũt fiat in hieme fit tempore niuis: nubes eni niuosæ ut plurimũ habẽt i se spũs aereos: & ideo aliquando generant uentos turbis quando sunt in sitibus oppositis. Causa autẽ eius quod descendit a nube & non a plaga mundi est quia uentus qui uenit a plaga mundi fortis esse non potest in suo opposito propter defectuz materiæ & causæ eleuantis. unde si ueniret uentus turbinis a plaga mundi diu duraret quamdiu durat generatio materiæ taliũ uentorũ. Ventus autẽ turbinis non durat nisi per paruã horã. & ideo peccant qui uẽtũ turbinis causari ex aquilone & austro expresse reeũ arg. tradat eũ descendere ex nube & experimentũ confirmat dictũ eius quia nos uidemus quod si uenirent uenti illi ex aquilone in austrũ uel econuerso oporteret quod flaret i tota regione & nõ i loco uno unius campi parui. Nos autẽ uidemus quod tantũ in loco paruo campi flat uent[9] turbinis. Adhuc oportet quod occurrerent sibi uenti aquilonares & meridionales secundum latitudinẽ totius uaporis: & hoc non est in exprrimento inuẽto turbinis q quasi nullius est latitudinis. Adhuc autẽ si esset ex austro & aquilone flantis ab aliis uentis ab oppositis plagis mundi uenientib[9] flarẽt i uno loco & ẽt inuoluerent: nũc autẽ uidemus quod uentus turbĩs mutat locũ quamdiu durat. Amplius autẽ uidem[9] uẽtum turbis aliquando in aere quieto a uẽtis i æstate. constat ergo quod non causat a uentis. s. austro & aquilone flantib[9] ex opposito situ mundi: sed potius modo prædicto egredit ex nubib[9]. sed cã rotunditatis eius uidet esse occulta. Cũ hui[9] cã est ex hoc quod uterq; uẽtorũ oppositorũ habet unũ latus debilius quam alter & uterq; habet uniũ latus fortius quam alter. Sed ex diuersis causis licet eni isti uẽti egrediantur de nubib[9] tamen habent proprietates fortium uentorũ. s. aquilõis & austri: quia illi sũt fortissimi exsufflationis. Aquilo eni habet fortem exsufflationẽ ex spissitudine materiæ quia est uaporis spissi qui fortius percutit quam uapor paru[9] & tenuis. Latus autẽ aquilonis orientale fortius est latere occidentali: quia ibi iuuatur sicco & nõ multũ deprimitur nec dissipatur calido. Latus autem eius orientale debilius est latere occidentali quia calidũ siccũ orientalia non ministrant ei materiã humorũ ex qua confortat. Sed potius frigidũ humidũ ex parte occidentis: & si se ipellerẽt isti duo uẽti constat quod latus orientale austri & latus occidentale aquilonis super lat[9] uinctũ i quocunq; duorũ uentorũ reuoluntur super latus uincens: & ita uincens duplicatur & confortatur in utroq; & cũ cã confortationis sit continua duplicatio lateriũ super latus continue uenti isti uincunt & uincũtur: & ita continue se inuoluit & per hunc modũ contigit de uento & nubibus descendente quia unus propter sitũ habet magis proprietates uaporis terrei quæ sunt frigidũ & siccũ sicut sunt proprietates aquilonares: alter aũt magis habet proprietates uaporũ unde exit sez aquei quæ sunt humiduz & actuale calidũ uel essentiale frigidum: & ideo fortior est uapor frigidus & siccus ex mouente in latere uno ubi propter sitũ magis habundat frigiditas uaporem percutiens & alter uapor fortior est in latere alio ubi propter sitũ magis ex humore spissatur uapor percussus in descensu a nube. Sed cũ sibi inuicẽ obuiant cedit in utroq; latus debili[9] fortiori & fortius i utroq; reduplicatur ut possit continue uincere latus sibi oppositũ: & ita uent[9] reuoluitur in se ipsum circa centrũ quod est in medio latitudinis uaporis & exsufflationis: hæc albertus ibidem. Propter hæc quæ dicta sunt causa rotũditatis uenti turbis. Itez dicit arg. ubi supra quod non generantur isti uenti prædicti. s. typho siue turbo & echnphias siue carsias in temporibus uel in locis excellenter frigidis quia isti uenti sunt spũs quidam aut exalatio calida & sicca quæ a frigido excellenti extinguitur. In locis autẽ borealibus est frigidũ excellens: & ideo raro sunt ibidem isti uẽti. Effectus aũt typhonis siue turbinis secundum Arg. ubi supra est quod si i aliqua parte terræ talis uẽtus incideret & fuerit ibidẽ aliqua corpora frequẽter defert & eleuat ea sursum uiolentiã inferẽs. unde ut dicunt quidam experti. Iste uentus aliquando incidens mari eleuat magnã multitudinẽ aquæ & proicit eã in locũ ualde remotũ. Aliunde autẽ incidit naui & uertit eã uel eleuat circulando. Aliquando uero animalia eleuat sursũ secundum circuluz qui iterato feruntur deorsum exsiccata omnino propter caliditatẽ spũs eleuatus ea. Iste ẽt est uentus qui luminat frequenter in æstate in campo eleuans paleas a terra & puluerẽ & alia corpora &

sunt tonitrua post futura infra paucos dies. Et isti
sunt effectus uenti turbinis. Est autē quædā conue
nientia inter istū uentū & alios uētos flantes a pla
ga mūdi eo ꝙ sicut turbo est uolubilitas duoꝝ uē
toꝝ egredientiū de nubibus cū quadā uiolētia sic
etiā in aliis uentis flantibus a plaga mundi accidit
incidētia uentoꝝ & giratio prout dicit aꝛ.2.me
theoroꝝ ca.8. tunc autē unus uentus incidit alio
scd̄m aꝛ. quando quasi prosternens eū ad terrā fa
cit eū cessare & sic uenti boreales maxime incidūt
apud nos aliis uentis propter fortē ipetum facien
tes alios cessare: nos eni sum⁹ propinqui boreæ &
ĩō uenti boreales apud uos optinent principatū.
Giratio autē uentoꝝ generatio uentoꝝ sequenti
um post cessationē precedentē quēadmodū post
boreā qui est suppremus flat unus alius uent⁹ uer
sus occidentē collateralis sibi & post ipsū alius &
sic deinceps. Sic enim accidit quando flant ethe/
sie id ē uenti annales propter quod & illi uēti diu
durant. De generatione autē uētoꝝ & eoꝝ mate
riebus nominibus & etiā locis eorum & de eoꝝ
proprietatibus qualitatib⁹ naturis ad presens hæc
dicta sufficiant.

℄ Capitulum.3. quæ partes cæli. i. signa & q̄ pla
netæ uentos efficiunt.

MOdo intendo dicere qui plane/
tæ & quæ signa & quæ partes cæ
li efficiant siue moueant quos uē
tos scd̄m sentētiā tā philosopho
rū & astrologoꝝ. Dicit itaq; ia/
far in libello suo de pluuiis ca. ul
timo ꝙ planetæ causātes siue efficientes uētos sūt
sol mars & mercurius. Sed sed petrus paduanen/
sis super particula.26. libri probleumatū aꝛ. dicit
sicut ponit̄ scd̄m astronomos causā uentoꝝ fore
iouē & lunā & cancrū non pinet. Vnde tēpore
coniunctionis lunæ cū ioue & etiā cū luna i cācrū
ascendit contingunt uenti multi hæc ille. Et scd̄m
sententiā ptole.2. quadripartiti ca.8. & similiter
scd̄m sententiā albu.5. de coniunctionib⁹ magnis
differētia prima. Saturnus quādo dominatur uel
preest alicui tempori significat uentoꝝ flatus in/
conuenientes & subuersiones nauiū propter ma/
gnū uentum. Itē scd̄m ptole. ubi supra & scd̄m
albu. ubi supra differentia secūda cū iuppiter domi
niū obtinuerit alicuius temporis erit aer multoꝝ
uentoꝝ humidoꝝ qui uenti scd̄m haly.2. quadri
partiti ptole ubi supra sunt saniores quia dissol/
uūt humiditatē spissā. Itē scd̄m ptole. ubi supra
& scd̄m albu. ubi supra differentia tertia mars cū
prefuerit alicui tempori significat uentos ualidos
& pniciosos. Itē scd̄m ptole. ubi supra & scd̄m al
bu. ubi supra differentia quarta uenus cū sola do/
minatur significat uētos temperatos humidos &
multi nutrimenti qui res faciūt crescere. Itē scd̄m
ptole. ubi supra & scd̄m albu. ubi supra differen/
tia quinta mercurius quando dominiū susceperit
significabit in aeræ uentos turbinosos & repenti
nos ac de facili mutabiles ex quib⁹ peribūt naues
Patet itaq; scd̄m sententiā ptole. & albu tā dictā
ꝙ oēs.5. planetæ retrogradi effectum sunt uento/
rū diuersimode tamen. Itē scd̄m sententiā tradi
tā ab alchindo & aomar in fine libri.9. iudiciū de
regula apertionis portaꝝ. Mars & mercurius si/
gnificat uētos ualidos. Iuppiter uero uentos tem/
peratos. Saturn⁹ edificia subuertit. ℄ Sic ergo pa
tet qui planetæ sunt uentosi. Sed restat dicere qui
planetæ moueant uentos orientales qui occiden/
tales qui septentrionales qui meridionales. Dicit
itaq; albert⁹ super.3. methcoroꝝ tractatu primo
ca.15. ꝙ Iuppiter mouet uētos aquilonares sanos
& sol mouet uentos orientales. Luna uentos occi
dētales. Et mars mouet flatū a meridie: & hæc ea
dē ē sententia leopaldi i tractatu.6. libri sui. Sed
frater qui uocat se perscrutatorē in libro suo de tē
perie aeris dicit ꝙ necesse est propter habitatiōis
pluralitatē uentoꝝ ponere tot motores quot sunt
cæli cardines. Sol autē cū sit siccus & naturæ oriē
talis uentū facit orientalem & similiter saturnus
occidentalem. Iuppiter uero uentum aquilonarē
& mars uentū australem sic ita ꝙ non discordat
iste frater ab alberto nisi solū in uento occidentali
Et dicit alchindus in fine libri.9 iudiciū ꝙ mars
efficit uentos australes & maxime in capricorno
Iuppiter efficit uentos septentrionales in sua ali/
cuius prædicta domo. Sic ergo concordat alchin
dus cū alberto & leopaldus in istis duobus uentis
Sed ptole. discordat in aliis in gubernatoribus p/
tiū mundi & etiā uentoꝝ scd̄m sniam suā.2. qua
dripartiti ca.3. sol principaliter dominatur in oc
cidente & gubernat totam medietatem terre oc/
cidentalem & preter hoc scd̄m ptolemeū. Satur/
nus dominatur in oriente. Mars i occidente. Iup
piter in septentrione uenus in meridie. Vnde &
scd̄m ptolemeū in eodē.3. ca. quarta terræ habita
bilis quæ est inter septentrionem & orientem gu/
bernatur a ioue & a saturno & a tribus signis ae/
reis. s. aquario geminis & libra. Et quarta terræ in
ter orientem & meridiem gubernatur a saturno
& a uenere & a tribus signis terreis. s. tauro capri
corno & uirgine. Quarta uero īter meridiē & oc
cidens gubernatur a uenere & a marte & a tribus
signis aqueis. s. cancro scorpione & piscis. Et q̄r
ta terræ quæ est inter occidens & septentrionem
gubernatur a marte & a ioue & a tribus signis i/
gneis. s. ariete leone & a sagittario. Et itelligit pto
lemeus per istas quatuor quartas terræ quartas ei⁹
circunferentiales. Nam scd̄m eū quelibet quarta
habitabilis terræ centralis gubernatur ab eisdem
planetis & signis a quibus gubernatur quarta cir/
cunferentialis ei directe opposita. Et hæc oia po/
nunt̄ magis expsse tractatu primo hui⁹ libri disti
ctione.8. ca.3. Ex prædictis ergo patet ꝙ iuxta

sententiā ptole.ubi supra q sol cum saturno mouent uentos orientales & luna cum marte uentos occidentales Iuppiter uero mouet uentos septentrionales & uenus uentos meridionales. Itē sequitur iuxta mentē ptole.ubi supra q uenti inter septentrionē & orientē mouētur a ioue saturno & sole & similiter a tribus signis aereis. Venti inter orientē & meridiē mouētur a uenere marte & luna & a tribus signis aqueis. Et uenti inter occidēs & septentrionē mouentur a marte. Luna & a ioue & a tribus signis igneis. Sed iste processus ptole. non concordat cū processu suo in primo quadripartiti.19. eo q triplicitates quos dat ptole.hic non sunt idem cū his quos dat ibidē in illo ca.19. primi libri. Nā ibidē dat ptole. primā triplicitatē soli & ioui excludens marte; quia non est de haiz solis hic uero econtra excludit solē & non martē cuius causa est sc̄dm haly quia sol est orientalis & ista triplicitas disponit partē mundi inter septentrionē & occidens. Et quia etiam mars est dominus domus exaltationis solis. Similiter in ca.1.19. tribuit ptole. sc̄dam triplicitatē ueneri & lune & hic tribuit eam ueneri & saturno. Cuius causa est sc̄dm haly quia luna dominatur in parte occidentali ut dictū est & similiter quia saturnus est dominus capricorni. Itē ubi supra dat ptole. tertiā triplicitatē saturno & mercurio quā hic dat saturno & ioui: cuius causa sc̄dm haly est quia mercurius hic regulat omnes regiones meridionales sicut dictū est prius in tractatu primo huius libri distinctione.8.& iō dicit haly nō regulabit regiones laterales: & alia causa est sc̄dm haly q Iuppiter regulat ptes boreales. Cōsimiliter etiā ubi supra diuidit ptole. quartā triplicitatē marti tantum licet dedit ei pticepem ibi lunā & uenerē hic enī dat eā marti & ueneri. Qualiter autē isti duo processus ptole. debeant cōcordare pro habēdū pricipales uentoꝝ motores nescio: nec cāæ diuersitatis q̄s ponit haly in illo casu multū faciūt ad propositū. Si iuxta utrūq; processū debeāt motores uentoꝝ assignari. Itē aliud uidetur mltū mirabile.s. q ptole. hic attribuit tertiā triplicitatē saturno & ioui & particulari attribuit signa illius tertiæ triplicitatis. Mercurio ueneri & .Saturno capiendo ibidē uenerē q̄ ptinet ad meridiē & omittēdo iouē quæ ptinet ad septētrionē sicut satis patet tractatu primo distinctiōe.8.ca.3. Consilr dat hic quartā triplicitatē. Marti & ueneri & tñ pticulariter dat signa illi⁹ triplicitatis lunæ marti & ioui omittēdo uenerē quæ meridiē regulat & capiēdo iouē q̄ septētrionē gubernat & nō ptē illā. Aliud etiā uidetur mirabile ex hoc q ptole. attribuit cuilibet triplicitati primos duos pletas tātū & i distribuēdo pticulariter p signa cuilibet tribuit tria planetis.

Itē iuxta sentētiā ptole. hic prima triplicitas gubernat ptē terræ iter occidēs & septētrionē cū pdictis pletis gubernatorib⁹ suis. 2. triplicitas gubernat quartā terræ īter septētrionē & oriētē cū⁹ suis dn̄is p̄dictis. 3. triplicitas gub̄nat q̄rtā terræ iter septētrionē & oriētē cū suis dn̄is p̄dictis. Et q̄rta triplicitas gubernat q̄rtā terræ iter meridiē & occidēs cū suis dn̄is p̄dictis. In oriēte directe neci occidēte neci septētriōe neci meridie sc̄dm ptole.hic nō dicat aliq̄ triplicitas nec aliqđ signū triplicitatis. Sed solū i oriēte iuxta ꝑcessū ptole.hic dn̄at sol cū saturno & i occidēte lūa solū cū marte. In septētrione uero iuppiter solum dn̄at & i meridie dn̄at solūmō uen⁹. In ca.tñ prio libri ptole. de dispōne orbis & tpis dicit ptole. q prima triplicitas est septētrionalis q̄ cū suis dn̄is efficit uentos septētriōales. Et dicit ptole. ibidē q iō noiatur hæc triplicitas septētriōalis q̄a qñ fuerit lūa in aliquo signo hui⁹ triplicitatis & flauerit uētus septētrionalis fiet flat⁹ ei⁹ multis dieb⁹. Et ex hac cōsideratione factū est q opifices iudicioꝝ astroꝝ Idicāt fixionē flat⁹ uēti septētrionalis: Nā si flauerit uētus septētrionalis luna existēte i aliquo signo ab istis signis hui⁹ triplicitatis p̄cipue resoluet uentus septētrionalis uelociter & .2. triplicitas est meridiana. Vnde tñ luna est i aliquo signo hui⁹ triplicitatis & flat uētus meridionalis pseuerat flat⁹ e⁹ dieb⁹ plib⁹. Et .3. triplicitas silr est oriētalis & efficit uētos oriētales. 4. uero triplicitas est occidētalis & efficit silr uentos occidētales. Et huic sniæ ptole. cōcordat. Iuli⁹ firmic⁹ li.2.ca.5. dicēs q aquiloni subiacēt signa aries leo: sagictari⁹: austro: taurus: uirgo: & capricornus affeli con quem nos subsolanum dicimus: gemini: libra: aquarius: & affrico. qui & agretis libæ dicit̄ dn̄at cancer: scorpio & piscis. Sic ergo patet q iuxta sniā ptole. in li. de dispōne orbis & tēpis: & silr iuxta sententiā iulii firmici ubi supra prima triplicitas efficit uētos septētrionales. sc̄da triplicitas efficit uētos meridionales. 3. uentos orientales. 4. uentos efficit occidentales. Sed sc̄dm sententiā ptole. primo quadripartiti ca.19. prima triplicitas cū suis dominis qui sunt sol de die Iuppiter de nocte mouent uentos cōmixtos ex septentrionali & ex occidentali & hæc est triplicitas septētrionalis eo q Iuppiter habet in ea dominiū. Sc̄da triplicitas cum suis dominis quæ sunt luna de die & uenus in nocte mouent uentos cōmixtos ex meridionali & orientali & hæc est triplicitas meridiei cōuenientior propter ueneris ī ea dominiū. Tertia triplicitas cū suis dominis quæ sunt saturnus de die & mercurius de nocte mouent uentos inter septentrionem & orientem & hæc est triplicitas orientali uento cōuenientior propter saturni dominiū in ea. Quarta uero triplicitas cū suis dominis qui sunt mars & sibi associati in die. Sed uenus in nocte & luna efficiunt uentos cōmixtos ex occidentali & meridionali. Et ista quidē triplicitas uentos occidentales magis efficit propter martis & lunæ in ea dñium. Sic ergo patet sc̄dm uiā ptolemei quos uētos

moueat qualibet triplicitas cū suis dominis. Sed hinc est aduertendū q ptolemæus a quibuslibet aliis astrologis discordat in assignando dominos triplicitatū. Sed ad hoc hali rn̄det ī ca. isto. 19 primi quadripartiti ptolemæi dicens magis credēda est sunt quia ueniunt p experientias multas cū naturalib⁹ argumētis & hoc ut dicit ipsemet est expertus. Secūdū sententiā uero alkabicii ī suo itroductorio differētia prima & albu. 7. maioris introductorii differētia. 14. & similiter secūdū sētētiā maioris partis astrologorū: Triplicitas prima est orientalis & efficit uentos orientales cuius dn̄i de die sunt sol, de nocte uero sūt iuppiter & eorū particeps de die & de nocte est saturn⁹. Isti ergo tres plæ secūdū eos, similiter efficiunt uentos orientales secundæ uero triplicitatis dn̄i sunt secūdū eos ī die uenus ī nocte luna & eorū particeps die & nocte est mars & hæc triplicitas est meridionalis ergo hæc triplicitas cū suis dn̄is prædictis efficiunt uētos meridionales: tertiæ uero triplicitatis secūdū eos dn̄i sunt in die saturnus in nocte. Mercurius quoqȝ particeps est iuppiter & hæc triplicitas est orientalis secūdū eos ergo ipsa cū suis dn̄is prædictis mouebunt uentos occidētales quartæ uero triplicitatis dn̄i secūdū eos sunt uenus de die & mars de nocte quoqȝ pticeps est luna. & hæc est triplicitas septētrionalis secūdū eos ergo cū suis dn̄is prædictis ipsa mouebūt uentos septentrionales. Et albu. 6. maiorū introductorii differētia. 25. dicit q aries leo & sagictarius signa sunt orientalia. Nā aries est cor orientis & eius uentus est a sabe id est oriētalis & leo est finistra pars orientis eiusqȝ uentus est inter orientē & septentrionē. Sagictarius uero est dextra pars orientis & eius uentus est inter orientem & meridiē. Taurus siquidē uirgo & capricornus sunt signa meridiana. Capricornus enim est eorū meridiei & est eius uentus meridianus. & taur⁹ est sinistra pars meridiei eiusqȝ uentus est inter meridiem & orientē. uirgo est dextra pars meridiei & eius uentus est inter meridiē & occidentē gemini quoqȝ libra & aquarius sunt signa occidētalia & libra est cor occidentis & est uētus eius occidentalis & aquarius est pars sinistra centris & est uētus eius inter occidentē & septentrionē Cancer uero scorpionis & pisces sunt signa septētrionalia & cācer est cor septētrionis & est uentus septentrio & scorpionis est sinister pars septētrionis cuius uentus est inter septentrionē & orientē hæc albu ibidem. Ex prædictis itaqȝ patet qui plæ & quæ signa in cælo mouent uentos septētrionales & qui uentos meridionales secūdū opinionē ptolemæi albu. & alkabicii & aliorū astrologorū. & secūdū opiniones alberti leopoldi & fratris qui uocat se perscrutatorē. Sed ex his omnibus opinionibus prædictis. N ī potest ut mihi uidetur alia uia rationabile dici per quā de uentis sic rōnabiliter pronosticandū nec quæ experimētis poterit conueniri e ptolomæus enī qui inter astrologos præcipuus est & primus in tribus locis prædictis ubi loquit̄ de motoribus uentorū uidelicet in ca 19. primi quadripartiti & in libro suo de dispositione orbis & tpis a se ipso mirabiliter discordat prout dictū est. & ex dictis suis in locis suis pdictis de motoribus uentorum multa dubia & inconuenientia uidentur sequi prout dicetur post & p̄ parte probatū est prius. Et præter hoc ipse ptolomæus discrepat in assignandis motoribus uentorū ab omnibus aliis astrologis præter q̄ a iulio firmico. Itē ptolemæ⁹ & quasi omnes alii ponunt iouē gubernare septētrionē & mouere uentos septētrionales. Sed hoc nullo modo consonū est rationi ī regionibus septētrionalib⁹ nostris. Nā cā q̄re astrologi ponunt certos planetas mouere certos uentos est propter conuenientiā eorundē uentorū ad eosdē planetas in eorum qualitatibus pprietatibus & naturis unde & ptolemæ⁹ primo quadripartiti ca. 19. 20. similr. 2. quadripartiti ca. 3. & octauo dicit q iuppiter mouet uentos septentrionales tpatos a parte septentrionis uersus habitationē & q̄ iuppiter hēt moram in septentrione fortificat̄ multū opus & uirtus eius propria & faciendū nasci & crescere oēs res hæc hali ibidē Ex his ergo patet q ptolemæ⁹ & hali similiter astrologi omnes ideo posuerunt iouē mouere uentos septentrionales quia illi uēti sunt maxime temperati & salubris quēadmodū iuppiter tempatissimus & maxīe beniuolus. Sed ptolemæus in isto casu & alii astrologi assumunt falsū ut uidetur. Nā prout satis probatū est prius in ca. 3. huius distinctiōis per multas auctoritates uenti septentrionales sunt frigidi & sicci quæ qualitates sunt maxīe destructiuæ & maxīe perēptoriæ & uitæ animantiū contrariæ sicut cōstat: uēti igit̄ septentrionales non sunt maxime temperati & salubres prout ipsi assumūt nec a ioue mouent̄ qui est maxime temperatus. Itē dato q uenti septentrionales forent tpati in illo primo cliate uel ī illa regione ubi mansit ptolemæus sicut forte dicit aliqs ī regionibus nostris cū borealibus & pcipue in anglia & in scotia sunt nimis uenti frigidi & constrictiui aīantia plura frequenter pimentes & tempestates fortissimas frequenter concitātes sicut satis experti sumus in nostris ergo regionib⁹ oportet aliū motorē ponere uentorū septentrionaliū q̄ iouē q̄q̄ illi uenti in regione ptolemæi a ioue forte mouebātur prout dicit ptolemæus. Itē nō uidetur conueniēs illud quod dicit ptolemæ⁹. s. q saturnus efficit uentos orientales & mars uentos occidentales. Nā prius probatū est p multas auctoritates q uenti oriētales sunt calidi & sicci quomodo ergo mouent̄ a saturno qui naturaliter & effectiue est frigidus. Itē probatū est sufficienter q uenti occidentales sunt frigidi & humidi &

propter hoc ipsemet ptolemæus dicit primo quadripartiti ca.5. ꝙ uenti occidētales sunt hūidi prout dictū est prius. Quomodo ergo mouētur a marte qui de sui natura excellēter est calidꝰ & siccꝰ: sic ergo patet ꝙ opinio ptolemæi de motoribus uentorum non habet aliquā firmitatē & præcipue in regionibus nostris borealibus. Opinio ergo alberti & leopoldi de motoribꝰ uentoꝝ ut mihi uidet̄ est magis rationalis opinione prædicta ptolemæi dicunt enī ꝙ sol efficit uentos oriētales & luna uētos occidentales. Iuppiter uero uentos septētrionales & mars meridionales. Sed hæc opinio non uidetur rationabiliter asserere .s. ꝙ iuppiter mouet uentos septentrionales propter causas priꝰ positas: nec est rōnabile quod asserit ista opinio .s. ꝙ mars d3 mouere uentos meridionales eo ꝙ mars est calidꝰ & siccus excelienter. Sed uenti meridionales sunt calidi & hūidi ut probatū est prius ca. 3° huiꝰ distinctiōis. Quod aūt hæc opinio dicit solem efficere uentos oriētales & lunā efficere uentos occidentales hoc satis rōnale est. Et frater qui uocat se perscrutatorē non discrepat ab hac opinione alberti nisi in hoc ꝙ dicit saturnū mouere uentos occidentales. Vbi tñ albertus ponit motorem uentoꝝ occidentaliū esse lunā. Sed hæc opinio illius fratris stare nō potest eo ꝙ saturnus est frigidus & siccus sed uenti occidentales sūt hūidi sicut patet per ptolemæū & per plures alios ualentes. Nec dici pōt rōnabiliter ꝙ prædicti .4. uenti mouentur a quatuor triplicitatibus signoꝝ & ab eoꝝ dominis neq3 secūdm opinionē ptolemæi, neq3 secūdm opinionē alioꝝ astrologoꝝ. Secūdm opinionem enī ptolemæi primo quadripartiti ca.19. prima triplicitas cū suis dominis mouet uētos inter septentrionē & occidens & maxīe mouet uentos septentrionales. Sed nō potest hoc stare quia prima triplicitas ē ignea .s. calida & sicca & q̄rta horizontis quæ est inter septentrionē & occidēs est frigida & humida secūdm sentētiā ptolemæi primo quadripartiti ca.5. & dñi primæ triplicitatis secūdm ptolemæū sunt naturaliter calidi qui sūt sol & iuppiter ergo nō mouebunt uentos frigidos.

Itē .2. triplicitas secūdm ptolemæū cū suis dñis mouet uentos inter meridiem & orientem qui uenti secūdm ptolemæū ubi supra sunt calidi & sicci & ꝑcipue mouet uētos meridiōales secūd3 eū quod nō potest eē eo ꝙ secūda triplicitas ē terrea frigida .s. & sicca & eius dñi qui .s. ei.is sunt uenus & luna sunt frigidæ & hūidæ secūdm maiorē partē astrologoꝝ. Tertia uero triplicitas secūdm ptol'. cū suis dominis mouet uentos inter septētrionē & oriētē & maxime uentos orientales qui uenti sunt calidi secūdm ptolemæū. Sed hoc nō potest esse quia domini huius triplicitatis sunt frigidi & sicci qui sunt saturnus & mercurius secūdm ptolemæ. Quarta uero triplicitas cū suis dominis secūd3 ptolemæū mouet uētos inter occidens & meridiē & maxime uētos occidentales qui uenti sunt omnes hūidi. Sed hoc uidetur irrationale eo ꝙ mars est unus de dñis huiꝰ triplicitatis secūdm ptolemæū qui excellenter est calidus & siccus. quomodo ergo mouebit uētos occidentales frigidos & hūidos & præter hoc uenti inter occidēs & meridiē sunt calidi & hūidi secūdm sententiā ptolemæi: ergo nō mouētur a signis huius triplicitatis quæ sunt signa aquea frigida & humida. Itē secūdm sententiā ptolemæi i libro de dispositione orbis & temporis & silr secūdm sentētiā iulii firmici ubi supra prima triplicitas efficit uentos septentrionales. Sed hoc nō uidetur esse rationabile eo ꝙ signa illius triplicitatis sunt ignea .s. calida & sicca & uenti septentrionales sunt oēs frigidi ut dictū est. Itē secūdm ptolemæū & iuliū ubi supra .2. triplicitas efficit uētos meridionales. sed hoc non potest esse quia .2. triplicitas est terrea frigida .s. & sicca & uenti meridionales sunt omnes calidi & humidi ut dictū est. Itē secūdm ptolemæū & iuliū ubi supra .2. triplicitas efficit uentos meridionales. Sed hoc non potest esse quia .2. triplicitas est terrea frigida .s. & sicca & uenti meridionales sunt omnes calidi & hūidi ut dictū est. Itē nō uideo qualiter iuxta positionē ptolemæi & iulii ubi supra .3. triplicitas quæ est hūida naturaliter debet mouere uentos orientales. Cū omnes uenti orientales secūdm ptolemæū primo quadripartiti ca.5. sunt sicci. Sic ergo patet ꝙ opinio ptolomæi rationabiliter stare non potest & hoc ꝙ ponit uētos moueri a quatuor triplicitatibus & dñis suis. Quod autē opinio alkabicii & alioꝝ non posset stare in hac materia cōsilr fit probando. Nam secūdm intentionē eoꝝ prout dictū est. Prima triplicitas quæ est orientalis calida & sicca efficit uētos orientales calidos similiter & siccos. Sed nescio qualiter secūdm eos saturnus efficit hos uentos quia est dñs illius triplicitatis de die & de nocte cū sit frigidus & siccus. Itē non uidetur q̄liter secūdm illos .2. triplicitas quæ est frigida & sicca deberet mouere uentos meridionales calidos & hūidos.

Itē nec uideo qualiter .3. triplicitas quæ est calida & humida efficit naturaliter uentos occidentales frigidos. Itē nescio qualiter triplicitas .4. quæ est aquea frigida .s. & hūida efficit uentos septentrionales frigidos & siccos. nec etiā qualiter illi uenti septentrionales cū sint frigidi mouētur secūdm eos a marte domino triplicitatis quartæ cū ipse mars sit excellēter calidus. Ex ꝑdictis patet ꝙ neq3 ptolemæus neq3 alii astrologi sufficienter nec rōnabiliter locuti sunt de motoribus uentoꝝ nec ex aliquibus dictis astrologoꝝ ut mihi uidetur potest elici aliquod fundamentū certū unde possumus ꝓnosticare de uentis in terris nostris. Et quantū occurrerit ad præsens ostendā illud ꝙ mihi uidetur esse rationabile in hac materia: i principio itaq3 oportet

scire qui planetæ & quæ signa in centro maxime
efficiunt uentos. planetæ aūt qui maxime mouēt
uentos sunt mars sol & mercurius prout dicit ia/
far in libello suo de pluuiis ca. ultimo. Et similiter
iafar dicit ibidē q mars uētos exauget. Sed satur
nus prohibet & præcipue retrogradus & in signo
terreo discurrens nō minus quoq; aquatica signa
uentis contradicunt: mercurius uero efficit uētos
& pariter aerea signa hæc iafar. Isti autē tres pletæ
s. mars sol & mercurius iō sunt maxime uentosi in
ter alios quia maxime eleuant exalrationes siccas
terrestres quæ sunt materia uentoꝝ & præcipue
in signis & in locis uentosis cuiusmōi sunt signa
aerea ut dictū est. Itē scd'm petrū paduanensē su
p particula. 26. problematū Aꝝ. signū cancri est
signū uentosū. Et albertus super. 3°. methcoroꝝ
tractatu primo ca. 2°. dicit q libra est signū uento
sum in quo dñatur uētus australis. Itē scd'm pto
lemæū. 2°. quadripartiti ca. 5°. prima pars arietis
uentosa est & similiter principia tauri & maxime
quæ sunt circa pliades sunt uentosa: geminoꝝ. 2.
partes septentrionales sunt uētosæ: & silr quæ po
nuntur in extremo cancri uentos efficiunt: & silr
partes septentrionales libræ sūt uētosæ. Partes ue
ro præcedentes scorpionis uenti niuiū faciunt &
signū sagictarii generaliter facit uentos & pcipue
eius septentrionalia uētosa sunt. Extrema aquarii
sunt uentosa & eius meridionalia uentuniuū faci
unt. Et signū pisciū uniuersalr uentos generat. &
præcipue eius partes septentrionales sūt uentosæ
hæc ptolemæus. Et scd'm Aꝝ. 2°. metheoroꝝ ca.
7. & similiter scd'm petrū paduanensē super parti
cula. 26. problematū Aꝝ. signū uirginis est signū
uentosū. Itē scd'm Aꝝ. & prædictū petū in lo/
cis prædictis constellatio caniss: & silr cōstellatio
orionis in eoꝝ ortu & occasu multū sūt uentosæ.

Itē omnes stellæ fixæ quæ i naturis cōueniunt cū
prædictis pletis uentosis qui sunt mars sol & mer
curius sunt etiā uentosæ. Isti itaq; tres pletæ uniuer
saliter efficiunt uentos præcipue cū fuerint in præ
dictis locis uentosis. Alii quoq; pletæ similiter effi
ciunt uentos sicut dictū est in principio huius ca.
Sed non eodē modo sicut isti tres. Nā isti tres plāe
tæ s. mars sol & mercurius inter cæteros maxime
eleuant materiā uenti eo q sunt multū sicci eleua/
ta quoq; materia uenti alii planetæ pmonēt ad
mouendum uentos ex diuersis partibus mundi. s.
oriente occidēte septentrione & meridie. Ad quo
rum noticiā suppono primo cū ptolemæo. 2. qua
dripartiti ca. 2. q sol gubernat totat medietatē ori
entalem horizōtis luna totā medietatē occidenta
lem: unde & iuuat luna ad mouendū omnes uētos
occidentales & sol iuuat ad mouendū omnes uen
tos orientales. Et idē dicunt albertus & leopold9
in locis prius allegatis in hoc ca. Itē suppono ad
dictū ptolemæi primo quadripartiti ca. 5. s. q in

oriēte horizontis nostri dominātur siccitas & to
ta medietas oriētalis horizontis est sicca & uenti
orientales sunt sicci. Et in occidente dominat hu/
miditas & tota medietas occidentalis horizontis
est humida & uenti occidētales sunt humidi. Itē
in septentrione dñatur frigiditas & tota medietas
septentrionalis horizontis est frigida & uenti se/
ptentrionales sunt frigidi. Itē in meridie dñatur
caliditas & tota medietas meridionalis horizōtis
est calida uenti quoq; meridionales sūt calidi. hæc
scd'm sententiā ptolemæi ubi supra in isto ca. 5. Ex
istis sequitur communiter q uenti inter orientē &
Coruscatio uero ut ait Iohānes ianuensis in suo catholicon super .c. littera idē est ꝙ splendor uel coruscandi actio: coruscare .n. idē est ꝙ splendere uibrare iaculari uel fulgere. Et dicit isidorus ubi supra eodē ca. 8. ubi prius ꝙ lux quæ apparet ante tonitruū fulgetra uocat̄. Et i ca. seqnti dicit isidorus ꝙ fulgur & fulmen ictus cælestis iaculi a feriēdo dicuntur: fulgere enim ferire est atq̄ percutere fulmina aut collisa nubila faciūt. Nā omniū rerū collisio ignē creat ꝙ in lapidibus cernimus uel i attritu rotarū uel i siluis arborū. Simili modo in nubibus ignis. unde & prius nubila sunt deinum ignes. Ex uēto autē & igne fulmina in nubibus fieri contingit & i pulsu uentorū emitti. Iō autē fulminis ignē habere uim maiorē ad penetrandū dicimus quia ex subtilioribus elementis factus est q̄ꝫ noster id est qui nobis in usu est. Tria sunt autem eius nomina .s. fulgur fulgor & fulmen. Fulgor quia tangit fulgura: fulgur quia icendit & urit. fulmen quia findit. Et iohānes ianuensis i catholicō sup .f. littera dicit ꝙ splendor ignis egredientis de nube proprie uocatur fulgur uel fulgor & iaculum ex eo factū uel ictus illius iaculi dicitur fulgur uel fulmen a fulgendo id est feriendo & proprie dicitur fulgur quia incendit & urit fulgur quia tangit fulgor uel fulgetra quia fulget: & fulmen quia findit: hæc Iohannes ianuensis & isidorus ubi supra. Et albertus .10. de proprietatib⁹ rerū dicit ꝙ coruscatio cōprehēdit fulgur & fulmē, & coruscatio ꝓprie dicta est apparitio subita uaporis subtilis inflamanti euanescētis in aere sine descēsu ad terrā. Fulgur uero sine fulguratio ē ignis subtilis grossior cū coruscatione ad terrā descendens qui penetrat herbas & res molles. Fulmen uero est uapor siccus ignitus cōpactus & solidus impetuose cadens maioris uis q̄ꝫ sit fulgur: percutit enī quod tangit penetrat & urit siue liquefacit. diuidit etiā & scindit & nullū corruptibile ei resistit. Iō & ictus cælestis iaculi ab isidoro nūcupantur hæc abertus ubi supra. Per hoc enim quæ dicta sunt patet ergo qualiter inter se diuersificantur tonitrua coruscatiōes & fulmia. ¶ Restat ergo de eorum genera ōibus determinare & prio de generatione tonitrui. Dicit beda libro primo de tēporibus ꝙ tonitrua dicunt̄ ex frigore nubiū generari cū substātiæ uentoꝝ eaꝝ sint receptrices ibidē uersando per errātes & uirtutis suæ mobilitatis & quālibet partē uiolenter erumpentes magno concrepant murmure instar exiliun de stabulis quadrigarū uel turriū: uel uesica quæ licet sit parua cōfracta tamen magnū sonum emittit: hæc beda. Et hermes trimegistus libro .4. ca. primo dicit tonitrua ex cōflictu q̄ttuor q̄litatū elementoꝝ generari ꝙ quattuor q̄litatū duæ sūt agentes & duæ sūt patientes. Nā calor in frigore & siccitas in humore operantur. Et hac igitur quatuor qualitatū operatione per diuersas mundi partes mirus consurgit conflictus in aere. Cū enim solis calor humorem aquæ sursum trahat humor ille humori aeris inferioris coniungit̄ & sic nubes efficitur. Ad quā cum calor ignis peruenerit exestuando calorē aeris superioris permixtus ex contrarietate qualitatum eoꝝ mirus quandoq̄ generatur cōflictus: inde cōtingit i q̄cunq̄ mūdi parte extiterint in eadē maiora fiēt tōitrua. Nā sol cū signa septētrionalia permeauerit sæpe in illa mundi parte in eodē tempore fiunt tonitrua. Id ipsum etiā omni sol signa australia transit fieri ratio necessario exigit in illa parte. Itē constat indubitanter nubulas ab inferioribus ad superiora consurgere. Illud enim frequenter accidit & usus testatur eaꝝ uero nebularum sunt quædā tennes & aliæ densæ prout unaq̄q̄ constricta est humiditate ꝙ si uiolenter uentorum oppositoꝝ concursus in densioribus nebulæ incubuerit. Si æstatis calor disiunctiuus accesserit per eā necessario soluet̄. Si hieme uentoꝝ frigidorum immoderata frigiditas glaciei consumerit constrictionē per illam necessario frangimus. Itaq̄ ex omni uiolenta corpoꝝ collisione q̄d i eis leuissimū est primo dissoluitur & q̄d grauissimū frangit̄. Sicq̄ in hieme fractiua tonitrua audiunt̄ & in æstate dissolutoria. Et ulterius i eodē ca. dicit hermes ꝙ auster concitatū aerem facit & nubila nutrit qui cum multum aerem cōmouerit & flatum suum in longinquas regiones oppositas trāsmiserit aquilo flatus eius concitatus contra: pellit hinc magna tempestas, si fuerit inferius oritur sed si superius tonitrua generantur. Simili mō fieri ex aliis comprobat̄. hæc hermes ubi supra. Sꝫ guilelmus de conchis in philosophia sua libro .3. dicit ꝙ humido fumo ad superiora ascendente, cū ad superiorem partem aeris ascenderit ex ponderatione humoꝝ mouet summitatem aeris cuius particulæ ad modum undarum ex diuerso sibi occurrentes fragorem tonitrui faciunt. Ex motu uero aeris uapor calefactus transit in igneam substantiam. fitq̄ fulgur uel coruscatio quæ quāuis cū fragore fiat citius tamen peruenit ad nos uisu q̄ꝫ auditu. Cum ergo prædictaꝝ particlaꝝ fit occursus generantur. impet⁹ qui si sursū ascendit est fragor sine fulmine. Si autē iste impetus deorsū tendat non tamen tantus sit ꝙ usq̄ ad obstaculū perueniat non est fulmen. Cū uero usq̄ ad obstaculū peruenerit obstātia scindit. Sed quia prius est motus aeris tandē sursum nulla materia uetante exire reuertit̄ sparsosq̄ colligit ignes. Si autē i hac inferiori parte aeris est multus humor aer existens in illo impetu igniri nō potest quia fulmē findēs non urens est: hæc prædict⁹ guilhelmus de cōchis ubi supra. Aꝝ uero .2. metheoro. recitat ēt duas opiniones de tonitruo & coruscatiōe .s. empedoclis & anaxagore. Empedocles uero dixit ignē de

ferri cũ radius solis in niuem & ibi extingui sonũ
aut causatũ ex illa extinctione dicit esse tonitruũ
Anaxagoras uero dicit ignẽ per uiolentiã quan-
doq; extendi a loco ignis usq; ad locũ nubium &
isto igne interempto in nubibus micans per spissitu-
dinem nubis facit stridorẽ uel sonum quendã qua
lem efficit ferrum cadens in aqua & ille sonus uo
cat᷑ tonitruus. Istas uero opiniones empedoclis
& anaxagore improbat Ar.ubi supra. Sed in pri
cipio illius capituli ultimi secundi methcorox po
nit Ar.modũ generationis uerũ tonitrui dicens
ꝙ cũ duplex exalatio eleuetur a terra .s.sicca & hu
mida ex ambabus exalationibus concurrentibus
ad inuicẽ ad constituendũ unum corpus constitui
tur nubes. Nube autẽ facta pars superior eius quæ
est uersus cælum est frigidior & spissior ꝗ pars
eius inferior quæ est uersus terrã. Nã ex parte supe
riori deficit utraq; causa caliditatis .s.illa quæ est p
refractionem radiox pertingentiũ ad terram. Et
illa quæ est ex appropinquatiõe ad celũ. Ex parte
igitur inferiori nubis quæ minus spissa est feruntur
fulmina & echuoplale & omnia talia uersus ter-
ram deorsũ licet de se essent nata moueri sursũ. Et
dicit Ar.ꝙ non est mirũ si fulmina & alia huius-
modi corpora ignita moueantur ex nube deorsũ
licet de se nata essent moueri sursũ per naturã ca-
lidi quia ea quæ mouentur per repulsionem factã
ab aliquo nata sunt moueri in contrariũ repellen
ti. Nũc autẽ fulmina & alia huiusmodi corpora
ignita mouentur per expulsionẽ factam a frigido
nubis quod quidem frigidũ magis uiget in parte
superiori nubis quæ est uersus cælum ut dictũ est
& iõ ipsa mouentur in locum contrariũ .s.deor-
sum licet de se cũ sint leuia nata sint moueri sursũ
quemadmodum lapilli compressi inter digitos
quandoq; resiliunt sursũ licet per grauitatẽ suã ma
gis essent nati moueri deorsũ. Sonus uero toni-
trui secũdũ Ar.isto modo fit ex exalatione sicca
eleuata usq; ad locum nubiũ illa pars exalationis
quæ plus habet de caliditate sibi incorporata euo
lat ad locũ qui est super aerem frigidũ quæ autem
minus habet de caliditate & per consequens gra-
uior est. Subsidet in loco nubiũ & conuenienti-
bus nubibus intercluditur in nube. sic autẽ inter-
clusa undiq; a frigido nubis fortius unit sibi cali
ditatem suam ita ut per caliditatẽ fortificatã ma-
gis subtilietur petens exire nubẽ non potens autẽ
exire statiz propter spissitudinẽ i nube nubis offẽ
dit se ad latera nubis percutiendo ipse sonus autẽ
ex percussu uocatur tonitruus. Et iste sonus sic ge-
neratus similis ẽ sono qui quandoq; auditur in li-
gno cum flãma accendatur: fit aũt sonus iste in flã
ma quia lignis exsiccatis per ignẽ exalat ab eis spi
ritus quidẽ rumpens & scindens ipsa ligna. Ista ꝗ
huius exalatio exiens primo quidẽ percutiens flã-
mam uel aereũ circumstantẽ facit ex tali percussio-
ne generationẽ soni hoc in ꝗ modo exalatio inci
dens ad latera spissa nubis facit tonitruũ fiũt aũt
diuersi soni in tonitruo secũdũ diuersitatẽ percus-
sionum. Nã partium nubis quædã sunt spissiores
& ad illas fortius percutitur exalatio ita ꝗ gene
ratur fortis sonus. Aliæ autẽ sunt minus spissæ &
ex percussione exalationis ad illas partes nubis ge
neratur sonus debilior. Interiora nanq; nubiũ
sunt non ita inspissata sicut sunt partes exteriores
nubis. Est ergo tonitruus sonus quidã causatus ex
uiolenta elisione exalationis sicco offendentis
ad interiora nubis & hæc est tota sententia Ar. de
generatione tonitrui in isto ca.ultimo secundi me
theorox. Quod autem secũdũ diuersitatẽ nubium
diuersificatur sonus tonitrui expresse etiã patet p
albertum.3.metheorox tractatu.3.ca.7.ubi dicit
sic diuersificatur autẽ sonus tonitrui secũdũ diuersi
tatem nubium & spissitudinẽ & qualitatem fri-
goris & caloris & secũdũ diuersitatẽ locox .s.secũdũ
ꝙ alte sunt nubes uel demisse ꝙ secũdũ hoc fortius
sonant & minus & magis audiuntur & termio tan
tum in hoc ꝙ tonitruũ fit ex ruptura nubis. Sed
etiam in hoc ꝙ tonitruũ causatur per extinctionẽ
ignis in nube: hæc ibidẽ. Et supra in eodẽ tracta
tu.3.ca.4.dicit albertus ꝙ uapor siccus in interio-
ribus nubis humidæ quadruplicẽ facit sonum. Si
enim latera nubis tantũ percutiat & non scindat
& sic inflãmatus fuerit tunc facit sonum flãmæ p
cutientis qui est sonus quasi tumultuãtis & nõ mi
cat nisi ꝗsi per pannũ spissũ eo ꝙ nubes aliquan-
tulum est parua & iõ non apparet expresse flama
Sed ut dictum est quasi per pannũ spissum: eundẽ
autem sonum facit uapor egrediens inflammatus
flama fortiter percutiente super aerẽ qui est in cir
cuitu nubis. Est autẽ hic sonus sicut sonus flãmæ
in medio incendio & uidetur tunc flãma pluri-
ma ferri per aerẽ aliquando & facit eundem sonũ
in lateribus nubis non inflamatus & tunc audit᷑
tumultuans sonus sine aliqua coruscatione & so-
nus est scissionis magnæ uelut si pannus fortis im
mense latitudinis scindatur & est sonus terribilis
& uisus fulguris est certus sonus terribilis in nube
eo ꝙ non recte scinditur nubes. sed in parte quæ
maiorẽ sustinet impetũ uaporis sicci inflammati
egrediens & iste sonus est frequenter interruptus
quia interruptæ scinditur nubes. Aliquando autẽ
habet sonum magnũ uno impetu uenientem sicut
uidetur clausus uel uesica inflata. Si super caput
alicuius frangatur & hoc fit quando impetu totus
uapor uel maxima eius pars exilit in aerẽ subito
erumpens nubem & percutit ipsã percussiõe una
fortissima & hic est modus tertius tonitrui. Quar
to etiã modo fit sonus de quo loquitur Ar. &c.
sonus quasi humidox sine uiridox lignox cre-

pantium in igne & hoc fit quando uapor siccus ex inflamatione quærit maioré locũ tũc enĩ nubẽ compressam humidã; dissilire facit & egreditur pars eius aliqua sicut saltus carbonũ uel ouoꝝ in igne assatoꝝ & præcipue inuenitur simile huius in castaneis quæ non perforata & rupta cortice ponuntur in igne calido quando eius humidũ in eis incipit resolui generatur in eis uapor qui quærit locum maioré & resistenté testam uel corticem disrumpit & exit de igne cũ ĩpetu & crepitu magno. hi auté .4. modi tonitrui sunt tantũ ipsius uaporis intensi quando in hora inflãmationis eius contrahitur nubes exterior & cõprimit qđ est intra ipsam de uapore terrestri: uaporis auté qui nõ est ita uehemẽtis soni sunt .3. Cũ enim coruscatio fit de materia uentoꝝ calidoꝝ & siccoꝝ cuiusmodi sunt exalationes calidæ & siccæ quæ cõprimuntur in uentre nubis & inflamantur inflamatione uehementi. suntqꝫ tamen aliquando non adeo fortes ut nubẽ scindant. Sed cũ tangunt latera nubis humidæ quæ iam conuertitur in pluuias extinguitur ignis uaporis inflammati sicut extinguitur ferrũ cadens in aqua & hic sonus uocatur ab Aꝛe. sonus stridoris. Et si qđ egredit̃ de igne illud mutat & splendor ille est coruscatio. Secđa aũt diuersitas soni est quando uapor intra nubẽ conclusus non est intensus nec multũ compressus & nubes continens ipsũ non est in partibus æqualiter spissat tunc enim erumpit uapor per diuersas partes nubis quæ sunt quasi foramina & tunc fit sine coruscatione sonus sibilatus sicut quando uentus uehemens flat per foramina sibilando Tertia aũt diuersitas est quando nubis debiliter continet uaporem terrestrẽ tũc enim cito anteqꝫ igneatur erũpit & non facit sonũ nisi sufflatiuum: eius sufflatio est aliquantulũ restricta & impulsiua sicut est sonus folioꝝ: hæc albertus ibidẽ: & tot sũt modi quibus fit tonitruũ secđm eum. Et dicit guilhelmꝰ de conchis ubi supra. ꝙ dum nubes est integra spiritꝰ intus discurrens sonũ æqualem & continuum atqꝫ mugitibus simile reddit. Et huiusmodi tonitrua uenturi himbris sunt prænuncia. Sed cũ nubes ad modũ uesicæ elidatur fit sonus acutus quo homines concidũt & attoniti fiunt hæc Ille. Coruscatio auté prout dicit Aꝛe. ubi supra fit isto modo. Cũ enim exalatio sicca quæ pcussione sua ad latera nubis causabat sonũ tonitrui postea extenditur & in ipsa extensione uel extensione sua ignitur propter motũ fortem ignitur in qꝫ debili quadam ignitione ita ut appareat colorata tũc fit coruscatio. Coruscatio ergo est exalatio extẽsa a nube ignita & colorata. Coruscatio itaqꝫ posterius generatur secđm naturã qꝫ audiatur tõitruus & tñ coruscatio prius uidetur qꝫ tonitruus audiatur. uisus enim ĩ instanti ĩmutatur a uisibili: auditus aũt a sonabili nõ nisi ĩ tempore sicut patet cũ remigãtes eleuant remos ab aqua percussa prius uidetur eleuatio remoꝝ qꝫ audiatur sonus causatus ex percussione prius facta ĩ aqua. Sic itaqꝫ patet qualiter generatur coruscatio secđm opinionẽ alberti. Aliam etiam opinionẽ recitat Aꝛe. in fine illius capituli ultimi secundi metheoroꝝ. s. ꝙ coruscatio est quidã fulgor apparens sonũ etiã non exiens secđm rei ueritatem qꝫ admodũ siquis percutiat mare cũ uirga statim apparet ibi fulgor quidã causatus ibi ex percussione. Et eodẽ modo dicunt quidã ꝙ ex nube uelociori mota a uento uel ab aliquo tali apparet quidam fulgor quem dixerunt esse coruscationem & ex collisione nubiũ qui fit in uentorum dixerunt causari sonum tonitrui ac etiam in quorundam corpoꝝ siccoꝝ eleuatoꝝ in aere: hac opinionem reprobat Aꝛe. ubi supra. Et frater albertus ubi supra ca. 18. dicit ꝙ coruscatio uidetur aliquando alba & aliquando citrina & aliquando quasi subrubea & aliquando quasi rubicunda & aliquando fumosa nigra lucens aliquantulũ sicut carbones obscuri igniti. Causa auté coloris albi lucidi & tenuis est quia uapor in nube uehementis est subtilitatis & tenuitatis & iõ non habet uehementem inflamationem quia flamma est fumus ardens & talis materia quasi nihil fumat nec est talis materia uehementis caloris uel adustionis quia non adurit quia non habet ignem compressum & adunatũ & iõ hæc aliquando descendit super corpora lignea uel alia materia extra inflãmata super ea & tamen non aduritur: & hoc est quia illius coruscationis ignis quasi nullius est uirtutis unde & corpora super quæ cadit non fumant qa parum alterat ea talis flãma. Citrina auté coruscatio fit ex uapore nimis tenui in quo flãma est magis partim spissa & magis aliquantulũ humida. Et rubea est de spissiori magis glutinosa sed & rubicunda quæ est sicut igniti carbones lucidi ex uapore denso bene cõmixto & glutinosã habente humiditaté & hæc est uehementis adustionis omnium eoꝝ super quæ cadit & erumpit cũ terrore magni soni sicut est animal multũ magnũ cadens & ebulliẽs de fornace & iõ iste uapor in aqua magnæ pluuiæ ardent & incendũt ciuitates & penetrat usqꝫ ad interiora corpoꝝ super quæ cadit & forte subito interimit ea. Fumosa auté coruscatio sine magna multũ est terrestris & ignita & iõ si foret multũ humida humido inscoso decoqueretur inde lapis niger uel rubeus cadens de nube scindẽs trabes & penetrãs truncos. hæc albertus ibidẽ de coruscationũ diuersitate. Mõ restat dicere modum generationis fulminis. Postqꝫ de generatiõe tonitrui & coruscationis dictũ est. Dicit itaqꝫ beda libro primo de temporibus fulmina atri tu nubium nasci in modũ silicum colisoꝝ concurret si

mul tonitrua. Sed sonitũ tardius aures q̃ fulgorẽ oculos penetrare. Nam omniũ rerũ collisio ignẽ creat. Ideo fulminis ignẽ uim habere maiorẽ ad penetrandũ quia subtilioribus elementis factus q̃ nobis in usu est. Quidam dicunt dum aer in se uaporaliter aquam de imis & ignem comutabiliter de superioribus trahat ipsius confligentibus oriri sonos. sine cũ horrore sonantes tonitruorũ crepitus gignunt si ignis uincit fructibus obesse. Si aquæ prodesse hæc beda ibidẽ. Et hermes trimegistus libro.4 capitulo.3. dicit q̄ ex calore frigore humiditate & siccitate constriugentibus nasci tur tonitruus quorum simul obuiantium terribile & ardens impetus fulmen dicitur. Impossibile est enim si omnia contraria naturaliter misceantur q̃ sonitus uelorũ quæ ipetus in ipso feruore generetur quorũ cõmixtione scintillæ percihunt quæ quã uis ante sonũ appareant nõ tñ præcedunt hæc hermes ibidẽ. Et dicit guilhelmus de conchis in sua phia libro.3. q̄ fulmen est percussio collisione aliqua usq̃ ad obstaculũ cũ impetu ueniens. Item dicit guilhelmus q̄ diuersa corpora a terra eua/ porantur quorum quædam humida sed quæ sunt sicca ex motu & tractu radiorũ solis in ignem trãsferunt: qui si leuis & diffusus usq̃ ad partẽ aeris descẽdat inferiorẽ est fulguratio. Fulguratio igitur & fulmen non natura sed impetu differunt. Est enim fulguratio fulmen per latũ usq̃ ad terras p̄ducta. Itẽ fulguratio est pene fulmen: fulmen uero ẽ quodãmõ plusq̃ fulguratio: hæc ille ibidẽ. Et Arũ.3. metheororũ ca. primo dicit q̄ cum spirit⁹ subtilis segregatur ex nube per partes cũ uiolentia ita q̄ ignia̅tur fit passio quæ uocatur incensio: incendit cuim & colorat aerem coniunctũ sibi aliqualiter igniẽdo ipsum. Si autem multus spiritus subtilis segregetur ex nube cũ uiolẽtia & in ipsa extensione igniatur tunc fit fulmen quo frequenter penetrat & adurit illud corpus cui incidit. Differẽtia tamen est ipsorũ fulminũ. Si eni spiritus multus exiens ex nube igniatur actu si fit magis subtilis q̃ calidus tunc penetrat corpus cui incidit sed non adurit ipsum & id est fulmen q̄ poetæ argeta uocãt. Si autẽ spiritus ille exiens fuerit magis calidus q̃ subtilis tunc maiorem moram faciens i corpore cui incidit, urit ipsum & ẽ fulmen q̄ poetæ præsoloenta uocant. Primũ fulmen quod antiqui uocabant argeta propter uelocitatẽ prius penetrat aliquod corpus pertransfeundo ipsũ anteq̃ morã faciens combunat. Ex hoc autẽ forte potest reddi causa hui⁹ quia ait seneca i libro quæstionũ naturaliũ q̄ fulmen percussit quoddã doleum plenum uino & tamen post fractionẽ dolei uinum stetit ad tempus & non effluebat non diffundebatur quia enim uirtus fulminis in penetrando maior fuit q̃ uirtus uini per quã natura fuit effundi deorsum ideo i minori tempore percussũ fuit doleum & fractum q̃ uinum natũ esse deorsũ mouere. propter quod fracto doleo potuit uinũ stare ad tempus ita ut nõ diffunderetur ut maxime fieret iuscosum tunc cum uirtute fulminis potuit illa uiscositas transduci ad exterius & cõtinuari ad modum cuiusdam pellis qui continebat uinum ad tẽpus ne deflueret. Fulmen autem scd'm antiquos uocatur præsoloenta quia est minus subtile q̃ calidum ideo incidens alicui corpori tardius penetrat & maiorem moram faciens aliqualiter colorat non autem semper cum colorat comburit q̄ amplius requiratur ad combustionem q̃ad colorationem quia fulmen longam moram faciens in aliquo corpore colorat & tantam morã potest facere q̄ etiam adurit corpora propter hoc quæ magis resistant fulmini plus patiuntur a fulmine unde contingit aliquãdo q̄ laminæ ereæ infixæ clipeo ligneo liquescunt a fulmine. Lignum autem nihil passum est quia propter raritatem ligni fulmẽ incidens ligno statim pertransit & citius q̃ possit exurere. Contingit etiam aliquando q̄ incidẽs homini uestimenta eius non comburit. sed faciliter transit propter uaporositatem uestimentorum hominem autem interficit. Quod aut fulmẽ sit spiritus quemadmodum suppositum est. Patet ex hoc q̄ flamma spirit⁹ quidam est: unde & citissime mouetur ad motum spiritus ut patet cum inuadit domos. Fulmen autem sicut flamma est quædam & ideo fulmen ẽ spirit⁹. Item unũ est accidens circa fulmẽ. s. q̄ omnia corpora quibus incidit fulmen mouentur anteq̃ percutiantur a fulmine. cuius causa est quia percussionem fulminis præcedit motus cuiusdam spirit⁹ qui mouet huiusmodi corpora anteq̃ tangantur a fulmine.

Differentia autem est inter huiusmodi fulmen quod adurit & inter tonitruum quia fulmen adurit sicut dictum est. sed tonitruus diuidit nõ quidem per sonum Sed per q̄ simul cum sono tonitrui exit species quidam ex nube quia percutiẽdo corpus plerũq̃ diuidit modo exurit: & hæc ẽ sententia Arũ de fulmine & de eius generatione in isto capitulo primo tertii metheororũ. Et nota q̄ ideo intendit philosophus probare q̄ fulmen sit spirit⁹ quia fuerunt aliqui opinantes fulmen esse corpus quoddã solidũ per hoc q̄ aliquando simul cum fulmine feruntur quædã corpora solida deorsum & præcipue calibs uel pocius habens spẽm calibis q̄d est ĩfinitũ optimũ ex quo fiunt optimi gladii. Et mineralia quædam quæ cadunt cũ fulmine de nube sunt exsiccata q̄ nõ liquescũt nec fabricabilia sunt. Sed cum in ignẽ ponuntur euaporant in cineres. De hoc autem magis tractabitur in capitulo sequente quando dicetur de effectibus tonitrui corruscationis & fulminis. Et albertus.2°.

metheororum.tractatu tertio.capi.21.dicit q̄ tempus harū impressionum quæ sunt tonitruū & corruscatio præcipue est in æstate: & in æstate ēt post magnū cauma in tempore magni æstus: cuius causa est quia ipressiones istæ fiunt de uaporibus grossis & spissis: siue sint humidæ ex quibus fiunt nubes magnæ & spissæ: siue sint siccæ quia etiā fiunt ex uapore terre ... inflāmato. Vapor autē hm̄oi non eleuatur a superficie terræ ubi terra subtilis est & aqua subtilis quæ per pluuias descendit. Sz uapor iste euitur de profundo terræ ubi aqua est impura & terrestris & spissa & grossa & glutinosa: quia ex illis fit proprie uapor harūz impressionum. eruere autem non potest de intimis terræ uaporem nisi calor magnus ualde: & ideo non potest fieri nisi tempore æstatis. Adhuc autem nō fit tonitruū nisi de uapore adusto quia in ipsa sua inflāmatione incipit inflāmari. calidum autem adurens non est nisi i tempore æstatis: & ideo uapor tonitrui & fulguris non eleuatur ut multuz nisi in tempore æstatis. Amplius generatio tonitrui & corruscationis non fit nisi frigore fortissime impellente nubem aqueam & comprimente uaporem. tale autem frigus non est in aere nisi sit expulsum undiq̄ ad unū locum aeris. Expulsio autem huiusmodi non est fortis nisi tempore cautis ut patet per prædicta. Generatio igit̄ tonitrui & corruscationis per se non est nisi tempore æstatis. Ex hoc consequenter scitur q̄ generatio istorū est post serenitatē in ipsa opatione istorū cœli obnubilet̄ quia tēpore nubiloso frigus disparsum ē in aere & non facit operationē fortē in loco suo. Sed quia ista non fiunt nisi in nubibus necesse est q̄ cælum obnubilet̄ i ipso descensu illorū: licet autem aliquando uideatur non esse nubes cū micat fulgur: sicut in æstate in sereno uidetur corruscatō sereno cælo præcipue in crepusculo. tamen ibi sūt nubes ubi micat corruscatō & ad nos uenit alteratio splendoris tantū. Ex dictis de facili scitur duplex locus generationis harū impressionū .s. loc⁹ ubi generant̄ scd̄m formas suas: & locus unde extrahitur & eleuat̄ sua materia: Necesse ē enī q̄ generāt̄ in loco altiori q̄ aliæ ipressiōes hūidæ q̄a ille frigidior ē eo q̄ ad ipm repellitur & ab inferiori calido & huius signū est multū spaciū quod est inter auditū tonitrui & uisū corruscationis: præcipue q̄n magna fiunt tonitrua q̄a magis ē spacium illud q̄ q̄n sūt parua. Locus aūt unde extrahit̄ materia ē hūidus grosso hūore aquæ & hñs terrestre glutinosū nō de facili sepabile q̄a hoc igne adurēte magis cōprimit̄ & inspissat̄ i nube. albert⁹. Et beda li. prio de tēperib⁹. dicit q̄ i hieme uel i æstate rara fulmina fiūt: quia i hieme gelidus aer q̄cq̄d accēdit ignis uaporis extinguit. In æstate, calidi uapores tenuesq̄ densantur in nubes sine quibus non fulgurat̄: hæc beda. Patet ergo ex prædictis quando fiunt tonitrua & q̄n non fiunt cōmuniter scd̄m opinionē bedæ & scd̄z opinionē alberti. Et albert⁹ ubi supra. ca. ulti. dicit sic. q̄ spēs fulminū: ut optime dicit seneca tres sūt q̄ꝝ pria ē fulmen qd̄ sepat. Secunda fulmē qd̄ dissipat. Tertia fulmē q̄ urit. Fulmē aūt qd̄ sepat subtilem hēt flāmā: & iō p āgusta foramia & p poros fuga ē ei & ob sincerā & purā flāmæ suæ tenuitatē. Fulmē āt qd̄ dissipat ē globatū & hēt cōmixtā uirtutē spūs coacti & peolosi. Fulmē aūt cremās redit aliquando p foramen p quod igressus ē uel detrudit̄ ad latus ubi inenit uacuū: sed scd̄z fulmē qd̄ dissipat ñ redit nec pforat sed rūpit ea quæ peuit. Tertia autē spēs fulminis est illa quæ urit & multū hēt & sereni uaporis & magis ē igneū q̄ flāmeū: & inheret peussis. Sciendū tñ q̄ licet nullū fulmē uenit sine igne. tñ illud ꝓprie dicitur fulmē igneū q̄ manifesta reliq̄t signa ardoris. Quod aūt urit & fruftat urendo trib⁹ modis: urit enī flando q̄re ledit leui iniuria aut cōburit aut incēdit: oīa enī ista uriunt. sed diuerso mō. Quodcūq̄ enī cōbustū ē illud uritū q̄ & ustū est: sed nō conuertit̄ q̄a quod ustū est leui iiuria nō necessario cōsumpiū ē & cōbustū in toto uel parte: q̄a pōt ignis uisisse aliquid ipso trāsitu suo qd̄ nō ꝓpter hoc cōbustū est. potest ēt aliquid eē cōbustū qd̄ nō fu accēsū. Sed nō cōuertit̄ q̄a accensū ē q̄ nō cōburit̄ i toto uel in parte: hæc albert⁹ ibidē. Sufficiunt ergo ad p̄ns hæc quæ dicta sunt quantū ad naturalē sniam de tonitruo & corruscatiōe & fulmīe & q̄liter uniūquodq̄ eorū generat̄ & q̄liter ab inuicē distinguuntur.

ℭ Capitulū.2.de effectibus tonitrui corruscationis & fulminis.

m Odo intendo ponere effect⁹ tonitrui corruscationis & fulminis secūdū dicta philosophoꝝ. Dicit itaq̄ albertus.3.metheoroꝝ.tractatu 3.cap.19.q̄ uidebatur diuersis philosophis tonitruū & corruscationē & fulmē eē res diuīas ꝓpter mirabilitatē & diuersitatē effectus eoꝝ. Et dicit albert⁹ q̄ præcipue dicentes corruscationē diuinā esse fuere d... magni in diuinis idoloꝝ patres. Aschalus .s. & cecina qui dixerunt corruscationē iouis esse uoluntatē eo q̄ diuersis & mirabiliter eēt eius effect⁹ propter quod iuenitur aliquando ledere flores uinearū cū nusq̄ appareat adustiōis uestigiū & aliq̄uādo inuenit̄ liquefacere aurū & nō ledere sacculū in quo ē auꝝ. Aliq̄n ēt cōminuit siue liquefacit gladiū uel pforat multis foramib⁹ absq̄ adustiōe uaginæ aliquādo etiā adurit calciamenta alicuius & non ledit crus uel pedem eius. aliquādo ēt exurit

pilos alicuius in toto corpore & non adurit corpus eius Dico autem pilos tam in inguine ꝙ sub ascellis & cæteris locis occultis & non ledit crura uel brachia uel quæ inguina uel ascellas cooperiunt: aliquando alterat colorem hominis uel alterius qđ percutit & nihil amplius facit. Aliquando interficit cũ tamen nullũ signũ appareat adustiõis ul uulnerũ. Et aliquando interfecti apparet adustiõis signũ & aliquãdo signũ diuisiõis & nõ adustionis & præcipue apparet hoc in lignis percussis a tonitruo quæ in loco percussionis albissima inueniuntur. Et admiratione pptæ omnib⁹ dignius est ꝙ sicut dicit Seneca aliquando percutit & adurit dolium & tamen adhuc stat ad tempus uinũ nec desinit nec effunditur. Fertur etiã a philosophis quibusdã ꝙ pcussum uenenatũ a fulmine emittit uenenũ cuius signum est ꝙ serpens fulmine percussus infra paucos dies uermiculat putrefactus qđ non facit alter interfectus eo ꝙ uenenũ in eo prohibet nasci uermes ex eo. Quod autẽ oĩbus fulminatis cõmuniter accidit est ꝙ oẽ percussum fulmine habet odorẽ sulfureũ. Et ꝙ animal percussum fulmine semper uertit caput contra impetũ fulminis. arbor autẽ uel planta. si percutitur fulmine hastulas euulsas contra fulmen erigit. Horum autẽ omniũ causas ponit albert⁹ ubi supra in eodem capi. 19. Et alia etiam multa in effectibus fulminũ notata sunt a philosophis mirabilia. Et ubi supra. capi. 5 ponit albertus duo experimenta quæ accidebant ex fulmine multum .s. miranda. dicit enim ꝙ aliquando dies fuit obscuratus ex nimio puluere in aere resperso ita ꝙ populus territus putauerat diem uersum fuisse in noctẽ & tunc audita sunt tonitrua pluria & uisa sũt fulgura & fulmina: quæ ut dicitur a quibusdam ex concursu ardorũ eorum sunt facta nec nubium aquas ut ipsi dicunt uere similiter in toto feruore aeris creditur fuisse. Aliud experimentũ est ut dicit albertus ꝙ legitur in historiis persarũ .s. ꝙ rex cambises contra quendam tirãnũ misit exercitum in quem arena mota uento australi incidens eũ in primo contexit & tandẽ corruit & dicit᷒ tunc fuisse tonitrua & fulmina & arenæ se cõfricet᷒ simul. Et ubi supra capitulo. 2. dicit albertus ꝙ lapides & ferrũ & quædã alia metalla aliquãdo ab alto descendunt cũ tonitruo & fulmine. Aliquando etiã dicitur cecidisse de nube corpus aĩalis perfecti sicut uituli licet ẽt corpus mortuũ. Omnia autem hæc faciunt ad hoc ꝙ fulmen sit res diuina & ꝙ in ictu fulminis utatur deus rebus quibus fuerit uoluntas eius ut timeant inferiores sicut pithagoras dixit iouẽ intonare quatenus timeant illi q sunt in tartaro. Et paulopost dicit albertus sic: qa autẽ mineralia cadunt de nube contingit propter mixtionem uaporum eleuatorũ ꝙ natura tendit ad naturã argenti uiui & sulphuris terrestris non desiccati & argenti uiui lutulenti. Vnde præcipue ferrum cadit quia illud fit ex terrestri lutulento & uiscoso & quia multuꝫ decoquitur ab igne nubis propter hoc cadit in specie calibis optimi quod est ferrum durum & depuratum quia cum congelatur in exterioribus nubis & per modum guttarum distillat ab inferiore uapore. Ideo est massa sicut granis milii. Et ubi supra capitulo. 18. Dicit albertus ꝙ corruscatio fumosa & magis fit ex uapore terrestri ignito: & ideo si fuerit multũ humidus humido uiscoso decoquitur in lapidẽ nigruꝫ & rubeum et cadentem de nube qui scindit trabes & penetrat muros & uocatur a uulgo securis tonitrui. & hos lapides dicit albertus uidisse oculis nostris. Est autem lapis tenuis & acutus in parte una eo ꝙ ad aliã partem primo uapor inclinabatur cuꝫ decoqueretur. Omnis autem ille uapor qui non decoquitur in lapidem sparsus effunditur de nube: & ideo incertum habet motũ ex multis mouentibus Quorũ unum est expellens frigus quod sparsit ipsum diuersis modis. Alterũ est diuaricans ipsum & est illud quod occurrit ei in aere .s. uentus uel nubes. Tertium est illud quod tangit cum impetu ueniens ad terram. hoc enim excindit ipsuꝫ sicut pila repercutitur proiecta ad parietem. Et ubi supra capitulo. 20. dicit albertus ꝙ corpora animalium perfectorum raro formant᷒ in nube: licet hoc dicat auicenna contigisse. scꝫ ꝙ corpus uituli cecidit & hoc ipse maxime tribuit uirtuti stellarum in tempore illo formam uituli imprimentium Mineralia autem quæ cadunt adeo sunt exiccata: quia nec liquescunt nec fabricabilia sunt sed cum in ignem ponuntur euaporant in cineres: hæc albertus. Sic ergo patet effectus tonitrui corruscationis & fulminis: & pter hos prædictos multo plures possẽt assignari ¶ Modo dicam tibi quid significent tonitrua & fulmina in quocunq; signo fuerint tpe audiũt᷒ ul'apparuerit. Dicit itaq; hermes trimegistus libro quarto. capitulo 3 & leopoldus i libro suo tractatu sexto. ꝙ i quocunq; signo tonuerit siue in die siue in nocte. uerũ erit quicquid notauerit ãno eodem nisi alter tonitruus in secundo signo ab eo uenerit & tunc priora nõ peribunt. Si in ariete tonuerit herbæ habũdabunt: angustia erit i filiis hominum quadrupedia multiplicabuntur. Sed bestiæ agri minorabũtur. Si in tauro tonuerit annonæ montium prosperabuntur & in uallibus deficiet uinum & bestiæ agri multiplicabuntur. Si in geminis pluuiarum & grandinum copia erit & fulmina legumina habundabunt lanigeræ paucæ & reptilia multa. Si in cancro erit fames hominum & commotio: locustæ quoque fructus terræ uastabunt. Si in leone seditio erit inter regna: ãnona cara in

principio in fine & erit populi seditio & morietur aliquis magnus hō in fine anni. Si in uirgine feræ bestiæ hominibus īsidiabuntur quadrupedia morientur. Si in libra siccitas erit in ualle i principio anni: deinde descendunt pluuiæ & erit ānona cara in fine anni Si in scorpióe racemi erunt pauci: oleū uile: pisces & pecudes morient̄ fœmiæ abortiuos faciunt. uenti magni erunt clima ab oriente obscurabitur. Si in sagictario pluuiæ erunt congruæ: fructus arborū cadent: serui regū præhabuntur. Si in capricorno multæ gētes dispergent̄ magna pestis erit in filiis hominū & mortalitas undiq;. Si in aquario pluuiæ magnæ erunt etiā terror i hominibus uentus infrigidet: tussis & scabres & cōmotio magna erit in sæculo. Et si in piscib⁹ tonuerit erit gelu & siccitas in terra & fructus terræ deficient. uinū tantū habundabit. diuitiæ erunt in populo: & homines infirmabuntur nec tamē morientur. In his ergo canonū capitulis temporum & temporaliū mutatiōes q̄ maxime cōsideratur. hæc hermes trimegistus & leopoldus in locis præallegatis. Itē dicit leopoldus ubi supra. q̄ ianuarii tonitrua uentos ualidos & habundantiā frugū significant. Februarii mortē multorū hominū & maxime diuitum prænunciant. Martii uentos ualidos & habundantiā frugum & lites in populo. Aprilis famē. Iunii frugū copiā. Iulii annonā bonam. Sed fructus pomorum peribunt Augusti reipublicæ prosperitatē: sed homines multū egrotabunt. Septembris habundantiam frugū & occisiones potentum. Octobris uentū ualidū & annonæ & fructus copiā. Nouembris habundantiam frumenti & iocunditatem annonæ. Decēbris uero tonitrua annonæ habundantiā & pacem i populo atq; cōcordiam significant. Sic itaq; patet secundū leopoldū quid significent tonitrua in quocunq; mense īnt audiūtur. Ex prædictis autē patet effectus tonitrui corruscationis & fulminis. & finitur hoc capitulū.

ℭ Capitulū. 3. qualiter pronosticandum & per orbes magnos & per cōiunctiōes magnas & per eclipses luminariū de tonitruo corruscatione & fulgure.

m Odo intēdo ponere regulas particulares de tonitruo corruscatōe & fulmine. Et pono tibi regulas eorū dē accidentiū sumptas ex pricipio orbis magni & ex cōiunctionibus magnis & ex eclipsibus lūiariū. Pro quib⁹ est sciēdū q̄ prio te oȝ inuestigare dñium orbis magni i quo fueris iuxta doctrinā traditā i tractatu primo distinctiōe pria. ca. 4. oȝ ēt ut inuestiges diuisorē āni tui & signū profectiōis orbis magni i quo fueris & gradū ēt profectiōis prout tibi supra dictū ē sufficiēter. Habito ergo dñio orbis magni in quo fueris inestigabis dñium cōiūctiōis magnæ. & similiter dñiū eclipsis. Si aliqua eaȝ habuerit significationē super illo tēpe pro quo uolueris pnosticare de tōitruo corruscatiōe & fulmīe. Dñia cōiunctiōis magnæ & eclipsis scies p ea quæ tibi dixi i tractatu prio hui⁹ libri distinctiōib⁹ secūda & tertia. Dico itaq; scd̄m sniam albu. 5. de cōiunctiōnibus. dria. 1. Saturnus cū dñatur in orbe magno uel fuerit diuisor orbis magni aut cū dñat̄ in aliq̄ cōiunctiōe magna uel in aliq̄ eclipsi luminarium modis qb⁹ pdictū est & fuerit ei⁹ significatio i aere erūt fulmia tōitrua & corruscatiōes & uēti ualidi. Itē scd̄m sniam ptole. 2. q̄drupar. ca. 8. & secūdū sniam albu. dria. 3. Mars cū dñat̄ eo mō quo dictū est. & si fuerit ei⁹ significatio i aere erūt tēpestates & fulmia quæ dicta sūt charischo. & scd̄m haberit corruscatio corpora dura findens & minus dura nō ledēs: & si fuerit eius significatō i mari accidet submersio nauiū festina p uētos cōtrarios & diuersos aut p corruscatiōes & fulmia & huiusmōi. Itē scd̄m ptol. ubi supra. & albu. ubi supra. dria. 5. Mercuri⁹ cū dñat̄ eo mō quo dictū ē: & si fuerit ei⁹ significatō i aere significat uētos turbinosos ac ēt tonitrua corruscatiōes & fulmina. Isti ergo tres plæ. s. saturnus mars & mercuri⁹ efficiūt naturaliter i aere tonitrua corruscatōes & fulmina quotiēscūq; ipsi dñant̄ eodē mō quo dictū ē aut quotienscūq; dñant̄ in aliquo tēpoȝ reuolubiliū. Quæ aūt significant: q̄ partes cæli efficiāt naturaliter tonitrua corruscatiōes & fulmina patent iferi⁹ i hac distinctiōe. ca. immediate sequēte i fine. Itē scd̄m sniam albu. 5⁹. de cōiunctiōib⁹ magnis. dria. 1. Saturn⁹ si prædicto mō dñet̄ & fuerit æquidistās signo arietis & fuerit ilic retrogradus significabit tonitrua corruscatiōes & fulmia. Et dicit hali in tractatu suo de exītia plage de sub radiis q̄ saturn⁹ i ariete statio ari⁹ tonitrua & fulgura significat. Itē dicit hali ibidē q̄ saturn⁹ i tauro statiōarius umbrosus & tortuosus efficit̄. Itē scd̄m sniam ptol. ubi supra. & scd̄m sniam albu. ubi supra. dria. 2. iuppiter cū pdictū dñium obtinuerit & fuerit i libra significabit in q̄rta æstuali multitudinē tonitruoȝ & corruscationū. Itē secūdū albu mars cū pdictū dñiū obtinuerit & fuerit in tauro significat uehemētiā tōitruoȝ & corruscationū. Itē scd̄m albu. mars pdictū dñiū obtinēs si fuerit i gēis erūt nocuūta hoib⁹ pp fulmia & corruscatiōes. Et dicit hali ubi supra. mars in libra matutin⁹ turbatiōes & tōitrua facit. Itē dicit hali. mars i piscib⁹ matutin⁹ turbatiōes & tōitrua facit. Sol uero cū pdictū dñiū obtinuerit nȝ scd̄ȝ albu. nȝ scd̄m ptol. significat tōitrua aut corruscatōes. Et dic̄ hali ubi supra. uen⁹ i ariete matutia tonitrua & pluuias significat. Itē scd̄m albu ubi supra. uenus in tauro prædictū obtinēs dominium

significat multitudinē tonitruorū & corruscationum. Et dicit hali. uenus ī tauro sub radiis tōitrua significat & secūdum albu. uenus in tauro retrograda significat uehementiā tonitruorū. Item dicit albu. ubi supra differentia. 5. & secūdum ptol. 2. quadripartiti. ca. 8. Mercurius cū prædictū dominiū obtinuerit generalites efficiet tonitrua corruscationes & fulmina prout expressius dictū est prius. Luna uero cū prædictū obtinuerit dominiū neq; secūdum ptole. neq; secūdum albun. significat tonitrua corruscatiōes & fulgura uel fulmina. ℭ Ulterius restat ponere regulas particulares de tonitruo corruscatiōe & fulmine sumptas ex eleuatiōibus planetarum super alios ī diuersis signis secūdum sententiā albu. sexto de cōiunctionibus magnis. Et debes hic scire sicut dictū est frequenter q̄ omnes regulæ sumptæ ex eleuatiōibus planetarum super alios ī ariete ponunt̄ in differentia prima illius sexti libri albumazar. Et regulæ sumptæ ex eleuationibus planetarū super alios in tauro ponuntur ī differentia secunda illius libri sexti & sic de aliis. Dicit itaq; albu. ubi supra q̄ saturnus sup martē in piscibus prædictū obtinēs dominiū significat multa tonitrua & fulgura. Itē secūdum albu. ubi supra. saturnus super uenerē in piscibus significat multa tōitrua. Itē secūdum albu. saturnus super mercuriū in aquario significat paucitatē tonitruorum & corruscationū sed corruptionē messiū. Itē secūdum albu. iuppiter super mercuriū in ariete prædictum obtinens dominiū significat tonitrua corruscationes & terremotus ī cancro & significat tonitrua. In leone tonitrua corruscatiōes & terremotus. Et in sagittario multitudinem tonitruorū & corruscationū significat. ℭ Mars uero prædictū obtinens dominium: & super saturnum in geminis existens significat tonitrua & corruscatiōes. In scorpiōe uero & in piscibus etiā ī tonitrua significat & corruscatiōes. Itē secūdum albu. ubi supra. Mars supra iouem in tauro significat corruscatiōes & tonitrua. Itē in uirgine etiam & in libra tonitrua & corruscationes significat. & ī piscibus corruscationes significat. Item secūdum albu. mars super solē in ariete multas corruscationes significat. in leone & in sagittario multas corruscationes significat. Item secūdum albuma. mars super mercurium in libra significat tonitrua & fulmina. Item secūdum albu. mars super lunam in scorpione significat tonitrua & fulgura. ℭ Sol uero super marte in ariete prædictū obtinēs dominium secūdum albu. ubi supra. significat multas corruscationes. Et in piscibus tonitrua & corruscationes significat. Item secūdum albu. sol super lunam in ariete significat corruscatiōnes tonitrua & fulmina. Et in aquario & in piscibus similiter tonitrua corruscationes & fulmina significat. ℭ Uenus uero prædictum obtinens dominium in piscibus super saturnum significat multitudinem tonitruorum & corruscationum. Item secūdum albu. ubi supra uenus sup martē ī ariete significat multa tonitrua. In leone significat multitudinem tonitruorum & corruscationum. Item secundū albuma. uenus super solem in ariete significat tonitrua & corruscationes. Item secūdum albu. uenus super mercurium in tauro significat paucitatem plurimarum tonitruorū & corruscationum. sed in geminis multitudinem tonitruorum & corruscationū. In scorpiōe tōitrua & corruscatiōes. In sagittario & ī capricorno tōitrua & in aquario tōitrua & corruscatiōes significat. Itē secūdum albu. uenus super lunā in piscibus tonitrua corruscationes & humiditates significat. ℭ Mercurius autē super saturnum in aquario secūdum albuma. significat paucitatem tonitruorum & corruscationum. Item secundū albumazar. ubi supra. mercurius super iouem in capricorno significat terremotus & fulmina. Item secūdum albuma. mercurius super martem in libra significat terremotus & fulmina in principio temporis eius conuenientis. Item secūdum albuma. ubi supra. mercurius super uenerem ī libra significat fulmina in pluribus climatibus. In aquario uero multitudinem tonitruorum corruscationum & inundationē significat. ℭ Lūa uero secūdū albu. ubi supra. super martem in scorpione prædictum obtinens dominium tonitrua corruscatiōnes & fulmina significat. Item secūdum albuma. luna super solem in ariete significat tonitrua & fulgura. In aquario corruscationes & tonitrua. Et ī piscibus humiditates & tonitrua & corruscationes significat. Item secūdum albumazar. luna super uenerem in tauro tonitrua & corruscatiōes significat. Et in aquario multas corruscationes significat. Sic itaq; patet qualiter planetæ significant tonitrua corruscatiōes & fulmina secūdum ptolemaeū & albumazar in locis supradictis. ℭ Et secundū sententiam albumazar. septimo de coniunctionibus magnis. differentia prima. Cū fuerit gradus ascendentis uel locus alicuius cōiunctiōis magnæ uel eclipsis in tertia prima arietis aut fuerit ibidē gradus profectiōis orbis magni aut peruenerit ibidem directio uel profectio. & fuerit ibidem almutaz siue dominus dispositor alicuius temporū reuolubilium: & præcipue si signum arietis fuerit signum profectiōis orbis magni erunt multa tonitrua & fulgura. Item secūdum albuma. ubi supra. differentia secūda. cum fuerit signum tauri aliquid eorum quæ dixi erunt tonitrua & fulgura cū grandine discurrēte. Et si fuerit aliquid eorum ī tertia ultima tauri erūt fulgura multa & corruscatiōes multæ. Itē secūdum albu. ubi supra. differentia. 3. cū fuerit signū geminorum aliquid eorum quæ dixi significat multitudinē tonitruorum corruscationū & uentorū orientaliū & præcipue ī parte meridiōali. Itē secūdum albu. ubi supra. differentia. 5. cū fuerit aquario significatiōes

quas prædixi multiplicabuntur tonitrua corruscationes & pluuiæ in quarta autũnali: hæc albu. Et nota ꝙ oẽs regulas ꝓdictas de significatiõib⁹ planetaꝝ & signorũ debes silr obseruare in reuolutõnib⁹ ãnorũ mũdi & in initiis quartaꝝ anni & in oĩbus coniunctionib⁹ & oppõnibus & quadraturis luminariũ in de eisdẽ temperiebus uolueris ꝓnosticare de tonitruo corruscatione & fulmĩe. Et dicit albu..2.de cõiunctionib⁹ magnis. differẽtia 8. Si fuerit coniunctio saturni uel martis in capricorno & testificent eis sol & mercurius & multitudo uentoꝝ fulminũ & nubiũ. Et.3⁰.de coniunctionib⁹. differentia.2. dicit albu. quãdo coniungitur mars ioui significabũt sonitũ in aere timorosum & horribilẽ. & finit hoc capitulum.

Capitulũ.4. qualiter pronosticãdum est de tonitruo corruscatiõe & fulmine per reuolutõnes annoꝝ mũdi & ꝑ introitus quartaꝝ anni.

Cum uolueris ꝓnosticare de tõitruo corruscatiõe & fulmĩe ꝑ reuolutiones ãnoꝝ mũdi & ꝑ introit⁹ q̃rtaꝝ anni. Oportet te primo inuenire dñium anni & quartæ ãni scd'm ꝙ tibi dixi i tractatu prĩo hui⁹ libri. distinctiõe.9. & scd'm hoc pronosticare debes de tonitruo corruscatiõe & fulmĩe ꝑ totũ annũ & ꝑ totã quartã anni. Si ergo planetæ ꝓdicti tres cãntes tonitrua corruscatiões & fulmina. s. saturn⁹ mars & mercurius ꝓut dictũ est ĩ ca. ꝓcedente. dñent in reuolutione ãni aut ĩ introitu quartæ ãni uel maior pars eoꝝ: & fuerit ĩ signis uel ĩ ĩ partib⁹ cæli significantib⁹ tonitrua corruscatiões & fulmina & cõiungant cũ stellis fixis cãntib⁹ silr tonitrua corruscationes & fulmina significabũt multa tonitrua corruscatiões & fulmĩa ꝑ illum ãnũ aut per illam quartã ãni temporib⁹ ad hæc cõueniẽtibus. Quæ partes cæli faciũt tonitrua & corruscatiões similiter & quæ stellæ fixæ ĩ cælo tõitrua corruscatões & fulmĩa efficiũt scias ꝑ ea q̃ tibi tradidi ĩ distinctiõe.6. tractatus primi huius libri. Et hæc regula põt elici ex sñia ptolemæi.2.quadripti.c.12. ex sẽtẽtia albu.4. maioris ĩtroductoris. differẽtia.5. & silr ex intentiõe lincoñ. ĩ tractatu suo de tẽperie aeris. Et debes ẽt obseruare hãc regulã ĩ cõiunctione & oppõne & q̃dratura luiarũ cũ uolueris ĩ eisdẽ tpibus ꝓnosticare de tonitruo corruscatiõe & fulmine. Et dicit albu. ĩ libro expimentoꝝ suoꝝ uersus finẽ. s. ubi loquit de dño ãni ꝙ si fuerit saturnus dñs ãni & fuerit ĩ aquario accidẽt multa mala hoĩb⁹. Et si cũ hoc aspexerit iuppiter ascendens dñs ãni aut cõmixtus fuerit ei alleuiat pestilentias & mala & erũt tonitrua & fulgura multa. Et paulo ante ĩ eodẽ ca. dicit albu. ꝙ si ĩ reuolutiõe anni fuerit uen⁹ ꝓpe ascẽdẽs ãni multiplicabunt tonitrua. Itẽ ubi supra. dicit albu. ꝙ iuppiter cũ fuerit dñs anni & fuerit in libra significabit multitudinẽ pluuiaꝝ tonitruoꝝ & fulguꝝ. Item ubi supra. dicit ꝙ mars cũ fuerit dñs ãnĩ & fuerit in tauro significat multitudinẽ nubiũ tonitruoꝝ & fulgurum & pluuiaꝝ. Itẽ dicit albu. mars cũ ꝓfuerit ãno & fuerit in geĩs accidẽt impedimẽta hoĩb⁹ ex fulminibus & tonitruis. Et scd'm albu. cũ ꝓfuerit mars anno & fuerit ĩ piscib⁹ & aspexerit uen⁹ ascendẽs ãni multiplicabunt tonitrua & fulgura: hæc albu. ibidẽ. Item albu. ĩ libro suo de florib⁹. in illo cap. ubi loquit de significationib⁹ plaꝝ cũ dñant in ãno dicit ꝙ si saturn⁹ fuerit dñs anni & fuerit ĩ signo aereo significabit corruptionẽ aeris & tonitrua & corruscatiões & fulgura. Itẽ ubi supra dicit. Si fuerit saturn⁹ ĩpedit⁹ in reuolutione s. a marte ꝑ coniunctionẽ uel aspectũ & a cauda ꝑ coniunctionẽ significabit destructionẽ & impedimentũ. unde & si tũc fuerit ĩ signo aereo erit destructio ex corruptiõe aeris & ex tonitruis fulgurib⁹ & corruscationib⁹. Ítẽ ubi supra dicit albu. Mars cũ fuerit dñs ãni si fuerit ĩ signo hũano significabit casum cõbustionis & fulminũ. Et si fuerit ĩ signo aereo significabit grauitatẽ caloris & fulminis. Et dicit alkin. ĩ fine epistolæ suæ. & cõcordat aomar ĩ fine libri nouẽ iudicũ. Et silr hali abenragel lib. 8. ca. 27. apta ascendens hora introit⁹ solis. ĩ 20. gradũ scorpiõis & ẽt q̃ttuor angulos. & scias loca planetaꝝ illa hora & aspice tũc martẽ. Si eũ inueneris illũ ĩ aliquo anguloꝝ & maxĩe in medio cæli & ĩn aliquo signoꝝ aereorum habenteꝫ aliquam cõmixtioneꝫ cum mercurio significabit tonitrua & corruscationes & pluuias dãnabiles. Et si fortunæ tunc temporis habuerint cõmixtionem cum marte minuet damnũ tonitruorũ & corruscationum illo anno. Et si infortunæ cuꝫ eo in illam cõmixtionem habuerint tonitrua & corruscationes facient dãnum illo anno. Et dicit dorotheus in tractatu suo de himbrĩbus. & põit ĩn fine libri nouẽ iudicũ. ꝙ si in reuolutĩone anni mundi mercurius fuerit a marte corruptus aut sub adustis consistens & luna ei applicans prĩo paucas in medio multas nõ tamen sine fulgure & tonitruis & aeris corruptõe adducit pluuias.

Restat modo ponere regulas de tonitruo & corruscatione & fulmine per quartas omnes annĩ. Ptolemæus uero.2.quadripartiti.cap.12. ubi determinat de dominio quartæ anni nõ põit aliquas regulas particulares expsse de fulmĩe tõitruo & corruscatiõe: nihilomin⁹ ex sñia ptole. & hali ibidem põt elici talis regula uidelicet. Si plæ qui dñant ĩ loco cõiũctionis uel oppõnis ꝓcedentis ĩtroitũ solis in quẽcũq ꝓñctoꝝ cardialiũ aut q dñant ĩ angulo sequẽti locũ cõiũctõis uel oppõis ꝓdictũ fuerit oẽs uel maior ps eoꝝ efficiẽtes tõitrua corruscationes & fulmĩa. Et si in signis uel in partibus

trogradus erit tardi⁹ & scd̄m hoc si fuerit coiūctio
hoc mō ex angulo erit grauius.q si fuerit planeta a
spiciēs in ascn̄te & retrogradus qui iūgitur ei i me
dio celi erit malū uſe hoīb⁹ & erit radix ei⁹ ex parte
oriētis & erit in hoībus grauis mortalitas.Et si fue
rit malus aspiciens de medio cæli & retrogradus
qui iungitur ei in quarto erit radix ex parte occidē
tis & nigroꝝ & magnificabit rex in eodē & abū/
dabit & grauabit & destruet.Et si fuerit mal⁹ respi
ciēs ī occidēte & retrogradus q iūgit i quarto ei erit
initiū rei undecūq fuerit quousq pueciat ad occn̄tē
& mod⁹ quo erit initiū ex pte uelocioris ī malo erit
ex duob⁹ malis & q iūgit ei. Scito ergo quo puene
rit malū ex loco tardi & pōderosi & si fuerit retro
gradus ac q iūgit p aspectū ī signo cōi erit finis ex
morte aut interfectiōe. Et si fuerit in mobili signo
aut fixo significat illud qd significat fortior malus
ī loco suo. Si fuerit mars fortior erit interfectio ali
qua aut ois ifirmitas calida.Et si fuerit saturnus for
tior erit mors & ois infirmitas q fuerit ex genere sa
turni & pcipue si cōmisceat ei fortitudo martis.Si
aūt fuerit hoc qd dixi extra angulū erit hoc modi/
cū & postea soluet nutu dei.Malū uero & destru/
ctio erit in parte in qua fuerit malus & impediens.
Scito ergo qd sit in signo ī quo fuerit exciuitatib⁹
& prouicus:hæc albu.ibidē. Et alibi ieo.lib.dic
albu.duo mali cū un⁹ eoꝝ alteri iūct⁹ fuerit ī signo
hūano ex quarto uel opposiiōe aut ex cōiunctiōe
& fuerit unus diurnus & alius nocturnus & fuerit
recepti erit min⁹ ipedimentū eoꝝ & qui infirmat⁹
fuerit illo anno sperabit ei sanitas pteter medicos
Qui si sigficauerit iterfectiōz & fuerit ī tali figura
erūt pustule & minus erit mors atq iterfectio. Et
alibi in eodē libro dicit albu. Quādo sol īpedierit
p cōbustionē suā sigificat cōbustionē & exulationē
ī regiōib⁹.Saturnus cū impedierit significat dolo/
res longinquos & mortē.Et mars cū impedierit si
gnificat interfectionē & fugā.Et alibi ī eodē libro
dicit albu.saturnus cū pualuerit in reuolutione āni
sol⁹ sup signū aliquod regiōis & abn̄tes,ab eo fue/
rint fortune significat interitū & īpedimentum ex
aqua & timorē & infirmitatē & mortē in terra ei⁹
dez signi.Et si cōmixtus fuerit ei mars erūt multitu
dines febriū in pte oriētis.Et erūt mlte febres quar
tane & pestilētie.Et si fuerit uenus prope ascn̄s āni
multe dolores oculoꝝ & accidētia inspabilia. Si
aut cōmixti fuerit Iuppiter & Venus repellēt illud
malū & modicū illud reddēt leuē q faciēt rem in
oi hoc & phibebūt:& proprie Iuppiter īpedimē/
tū saturni & martis prohibebit nutu dei. Et ubi su
pra in fine libri dicit albu.q saturnus cum fuerit in
scorpiōe & in medio celi & ascn̄s fuerit aquarius i
ipe saturnus fuerit dn̄s āni & fuerit retrogradus si
gnificat effusionē sanguis & pestilentias. Si aūt cō
iūcti fuerint ei fortunæ & maxime ab abn̄te extin/
guent hoc & pibunt illa prohibebuntq malignita

tē siue ipedimentū nutu de: hæc albu. Et dicit alchidus in epl'a sua ca penultio. Cōsidera martē i reuolutiōe āni si fuerit in aliquo āgulo℞ & precipue in medio celi & in signis aereis. Et si iuestiuerit mercuriū significat multā corruptionē aeris & locustas

Et dicit abraham auenzoar iudeus in libro suo d' reuolutiōib⁹ & cōiūctōib⁹ āno℞ ca 9. ꝙ si alter malefico℞ fuerit in uno angulo in reuolutione āni & i signo terræ tuæ eit hæc mala significatio terræ tuæ. Cōsilr quoq₃ iudicare debes si fuerit i signo succedente: significat eim hoc malū hoibus in corporibus suis. Et si fuerit in domo.10. significat malū euenire regi. Et si in alio eueniet malū incolis terræ illi⁹ Et si fuerit stella bñfica in uno angulo℞ iudica bonū. Si aūt fuerit in angul bñficus & maleficus cōsidera quis eo℞ fortior & fortitudo māifestabit magis. Et ubi supra cap.5. dicit abraam ꝙ semp respicere debes in reuolutiōe āni mūdi ad lūam. Ipsa nāq₃ significat sup oēm hoīem. Si ergo fuerit in principio āni cū planeta benefico aut in aspectu bono ab eo hoc significat sup sanitatē corpo℞ hominū. Et si fuerit ecōtra cū malis significat cōtrariū. Et si fuerit cū mare & mars fuerit in signo aqueo hoc significat sup gradū pestilentiæ & dissipantē. Et si mars fuerit in uirgine uel i capricorno uel i signis aereis, hoc significat malū quod eueniet in mundo p locustas & brutos & corruptionē aeris. Et ubi supra.c.10. dicit abraā ꝙ messalla ait semp cōsiderandū eē i principio anni ad locū lunæ in hora qua separat' a coniunctione solis siue oppōne quecūq₃ earum fuerit ante introitū solis in arietē. Et si ipsa se cōiungat eē cū stella malefica aut mal⁹ cū ipsa aspectū habeat hoc significat malū in mundo. Et si acciderit ecōtra hoc significabit sup bonū. Et saturnus significat infirmitates & rancores proculdubio euenietes. Iuppiter sigificat pacē & tranquillitatē & salutē. Mars significat bella & motus de loco ad locū & mortalitatē. Venus significat augmētū delectatiōis & concupiscētiæ & salutis p mundū: & magis in quocūq₃ loco i quo dñium habuerit illud signū in quo uen⁹ fuerit. Et mercurius significat silr īquisitionē sciæ & officia scribarū & sapientū & artē mercato℞. Et dicit messalla in epl'a sua de coniunctionib⁹ & de anno℞ reuolutionibus capi.4. sic apta ascēdēs hora introitus solis in primū punctū arietis & eq̄bis planetas in eadē hora. & scito ipsū qui habuerit dñiū sup ipsam figurā. Si eni fuerit ille qui pfuerit fortūa erit mundus apt⁹ & bonus. Si uero fuerit malus aut impedit⁹ erit mūdus corruptus. Silr facit in quartis anni & in mēsib⁹ anni. Et si plēs planetæ coniuncti fuerint in reuolutione anni in signis igneis significant multitudinē destructionis & famis præ siccitate & calore. Et in aereis multitudinē uēto℞ & corruptionē aeris. & silr erit in quartis anni. Et si fuerit mars dñs quartæ æstatis & fuerit in septima domo mercurii significat multitudinē pluuia℞ & pestilentias. Et scito ꝙ fames & huiusmodi grauitates non erunt nisi ex cōiunctiōe planeta℞ i signis igneis. Et in ea. sexto dicit messalla ꝙ si iuncti fuerit planetæ in signis aquaticis significant multitudinē pluuia℞ & corruptionē aeris. Et præcipue si planetæ ponderosi in eisdē signis fuerint coniuncti. Et ubi supra cap.8. dicit messalla ꝙ cōiunctio planeta℞ significat res maiores & euētus fortiores hoc ē ut aspicias in reuolutione anni dū coniūcti fuerint planetæ superiores & inferiores qa hi significant fortunā & euentus bono℞ & hoc ē eū uicerint in fine coniunctiōis fortunæ. Si aūt mali uicerint significat impedimentum & euent⁹ malo℞ Et scito signa si cōiūcti fuerint in aliquo eo℞ mali planetæ significant multitudinē corruptiōis in subā eiusdē signi hoc est si fuerit cōiunctio i signis aquaticis. significat corruptionē ex pluuia & silr ex cæteris signis. si aūt coniuncti fuerint i signis feīs significant pestilentias & mortes i feīs aīalib⁹ & silr erit uariatio in masculis. Et scito ꝙ coniūctiones planeta℞ & eclipses luminariū cū fuerint i signis fixis significāt stabilitatē mali & eius corruptionē cū fuerint i signis mobilib⁹ significāt paucitatē stabilitatis mali & ei⁹ corruptionē & i signis cōib⁹ significant mediocritatē i malo & silr dicit i bono: hæc messalla. Et debes obseruare hanc regulā ultimā i oībus aliis distinctionib⁹ huius secūdi libri: & pcipue i duob⁹ sequētib⁹. Et scd'm ioānē hispalensem i suo quadripartito parte prima in oi reuolutione anni mundi. sic iudicabis in coniunctione uel oppōne præcedente solis ingressū i arietē inuenias signū ascēdens i qua uis terra: & eius dominū & signū i quo ē cōiūctio uel oppositio & eius dñium & ēt signū ipsius terræ & eius dñium. Et scd'm hoc iudicabis. Nā si i ascēdēte uel in loco cōiūctionis uel oppositiōis prædicte fuerit mars uel fuerit dñs ascētis uel dñs cōiunctiōnis uel oppōnis faciet infortuniū de natura sua ut bellū calorē īfirmitates calidas latrociniū & alia quæ sunt de natura martis. Saturnus aūt pluuiā & egritudies de frigore ut quartanā & huius Iuppiter autē & Venus habeat de natura sua. Et saturnus significat sup senes & ānales opes & ēt in pecuniis & heredib⁹ mortuo℞. Iuppiter significat sup pecuniosos & diuites & iudices. Mars super bellicosos & modicos. Venus super mulieres & latios. Mercuri⁹ sup scribas oparios & sapiētes. Sol sup reges & dños. Et ut se habuerit quilibet co℞ in āni reuolutiōe & sit fortis ex respectu sol' & ex domo & ex loco in quo ē & ex respectu planeta℞ & ex uniuerse sic se hēbūt isto āno caq ab ipsis planetis significant. Nā si Iuppiter est fortis bñ erit cū iudicibus & clerici s fidei & sic de cæteris in quaecūq₃ reuolutiōe. Si sol infortunatus & sic cū eo saturnus morietur rex indiæ. Si cū sole īfortunato ē Iuppiter infortunat⁹ deficit rex chaldaī. & babil' si sit cū ea uenus infortunata rex arabū. Si mercurius īfortunat⁹ rex xpianorū. Si mars rex turco℞. Si luna gens oīs patiet' qa ipsa gñaliter significat in oībus. Et qñ saturnus ē in signis egris q̄ sunt aries taurus cācer scorpio capricornus & piscis significat egritudines & dolores

secdm naturā signi & sic ceteri planetæ. Et si saturn⁹ sit i eisdē signis & plete malū & bonū significantes sint oriētales erit significatio eoꝝ uelox & i medio āni. Et si occidētales erit post āni mediū. & si sint in q̄rta quæ est inter q̄rtā & septimā domū uel in. quarta opposita significatio eoꝝ erit uelox. Et si fuerit ī aliqua aliaꝝ q̄rtaꝝ significatio erit tarda. Itē quæ sunt in angulis cito quæ in post angularibus mediocriter & in lapsis tarde. Itē qui in mobili cito qui in comuni mediocriter qui in in fixis tarde. Et si saturnus fuerit in signo humane sīlitudinis significat inimicitiā inter hoīes & pauores nasci regib⁹ Et si mars fuerit i aliquo signoꝝ ægroꝝ significat acutā febrē & dolorē caloris & mortē repentinā. Et si in signo humane sīlitudinis erunt bella & sanguinis effusio & mors p eūsdē & p ignē hæc Iohānes hispalēsis ubi supra. Itē nota ꝙ regulæ p̄dictæ generales de reuolutione anni posite a p̄dicto Iohāne debent etiā obseruari in duab⁹ distinctionib⁹ sequentib⁹ ad pronosticandū de caristia & de guerris ℭ Et dicit albu. ili. de florib⁹ ca. de significatioib⁹ planetaꝝ Saturnus impedit⁹ hora reuolutionis si fuerit ī signo hūano accident hoībus īfirmitates lōguique & tabefactio corpoꝝ & exsiccatio & macies & febres q̄rtanæ fuga quoq; & īuolutōes āgustie mors timor & īterfectio diuitū & destructio reꝝ uictualiū & diuites efficient paupes & morient & contristabunt magni. Et si fuerit in signo aquatico significat hominib⁹ detrimentū in aquis & detrimētū aīalibus aquaticis. Et nota ꝙ impediētia saturnū sunt mars p aspectū & cōiunctionē: & cauda p coniunctionē. Et si fortunet saturnus & nō impediat significat contraria eoꝝ quæ dixim⁹. Et aspice impedientē saturnū in quo signo sit quia si fuerit in signo igneo erit radix impedimēti ex ignib⁹ & cōbustione: & si in signo terreo erit radix impedimenti ex parte reꝝ terrestriū: & similiter erit in ceteris signis. Et si impedit⁹ fuerit saturnus hora reuolutionis iudica destructionē & impedimentū. Et si fortunat⁹ fuerit iudica fortunā. Et si fuerit saturnus in signo aereo erit destructio ex corruptiōe aeris & eius tenebris & maxime si fuerit firmat⁹ ī signo aereo erit destructio ex coeruptione aeris & ei⁹ tenebris & maxime si fuerit firmat⁹ in signo aereo. ℭ Iuppiter uero si ī reuolutione āni fuerit ipedit⁹ significat īfirmitates corpoꝝ. Et si fuerit ī signo aereo significat paucitatē pluuiaꝝ & corruptionē uētoꝝ cū corruptione aeris. Et si fuerit in signo aquatico erit impedimētū in piscib⁹. Et si fuerit ī signo bestiali erit impedimentū in bestiis & proprie in his quib⁹ utunt hoīes de his quæ ptinent ad ipsū signū & si fuerit fortunat⁹ dicit contrariū. Et aspice planetā impedientē eū & uide in quo signo sit & operare sicut operat⁹ es de saturno cōmiscendo significationē suā. Et sic facies ī significatiōib⁹ oīum alioꝝ planetaꝝ. ℭ Mars uero si fuerit impeditus & fuerit in signo hūano significat mortē subitaneā multitudinē īfirmitatū ac febres graues tertianas.

Et si fuerit in signo aereo significat grauitatē aeris caloris & aerē nocibilē. Et si fuerit in signis quadrupedib⁹ erit detrimentū in aīalibus quadrupedib⁹ q bus hoīes utuntur. Et aspice. plām impedientem eū & loq̄re sup eū sicut fecisti ī re saturni. ℭ Sol eū fuerit īpedit⁹ ī reuolutione āni patient d̄iuites ipedimētū magnū & accidēt uniuersitati uulgi īfirmitates & p̄cipue si fuerit ī signo hūano: & si fuerit i signo aereo erit impedimentū ī aere. & sic de aliis signis. ℭ Ven⁹ ē sigificatrix mulieꝝ q̄ si ipedita fuerit hora reuolutionis significat detrimentū in eis & p̄cipue si fuerit ī signis hūanis. Et si fuerit ī signo aereo destruet quicquid est ex substātia aeris & sic de aliis signis. ℭ Mercuri⁹ ē significator scriptoꝝ negociatoꝝ & pueroꝝ q si impeditus fuerit ī hora reuolutionis destruet qd̄ ptinet ad eū ex hoc ℭ Luna ē significatio legatoꝝ & uniuersitatis uulgi & eoꝝ uictus & cōtinētie: quæ si impedita fuerit ī hora reuolutiōis destruet qd̄ ptinet ad eā de hoc. Et erit naratio super ea quæ ad eam pertinent. Et similiter ad mercuriū & super descēsionē eoꝝ in signa humana terrea aerea atq; aq̄tica: & bestialia aspect⁹ quoq; maloꝝ & fortunaꝝ ad eos q̄madmodū dictū ē de saturno & de aliis hæc albu. ibidē. ℭ Et dicit aomar ibidem in fine libri. 9. iudiciū & concordat halyabēragel libro. 8. ca. 27. ꝙ ab introitu solis in. 20. gradū & primū minutum scorpionis habebit notitia uentoꝝ fulguꝝ & imbriū & cuiuscūq; aeris corruptiōis. Vñ apta ascēdēs & . 4. angulos & planetas hora illa. & aspice martē. Si eū inueneris illū in angulo anguloꝝ & maxime in angulo medii cæli ī aliquo signoꝝ aereoꝝ: & habuerit aliquā cōmixtionem eū mercurio significat tonitrua coruscationes pluuias dānabiles & fortes & locustas & dānum & corruptionē in aere. Et si mars fuerit in aliquo signoꝝ terreoꝝ & in angulo terræ & fuerit fortunæ appodiate & habuerit cōmixtionem cū mercurio significat terremotū & apparitionē ignium & res expauescendas & dānum in mineris. Et si mars fuerit in angulo terræ & fuerit fortunæ appodiatæ & habuerit cōmixtionē eū mercurio significat terremotū & apparitionē iginiū in aere & res expauescendas dānum in mineris. Et si mars fuerit in angulo terræ & in signo igneo significat combustionē aeris in terra: & dānātur & cōburuntur messes. Et si mars fuerit in anglo terræ & in signo aq̄o in aquis diminutionē significat & dannū ī eo toto quod est de illis de aīalib⁹ & aliis reb⁹. Et si fortūæ habuerint cōmixtionē cum eo minuent & prohibent dānum tonitruoꝝ & corruscationē illo āno. Et si fortunæ cū eo nullā cōmixtionē haberint tonitrua & coruscationes facient dāna in anno & erūt multi radii & multæ corruptiones. Et si uice martis fuerit in hoc saturnus & fuerit in medio celi & ī aliquo signoꝝ aereoꝝ & habuerit cōmixtionē cum mercurio & fortunæ ab eo remote fuerint significat dannū in aere & multas pluuias dannabiles nimis. Et si saturnus fuerit in angulo terræ sicut predi

ximus in signo terreo & habuerit cōmixtionē cum mercurio & fortunæ ab eo remote fuerint accidēt terremotus & apparebunt super terrā aquæ nigræ & similia. Et si fuerit in signo aqueo & in angulo terræ & fortunæ ab eo remote fuerint & habuerit cōmixtionē cū mercurio minuent aquæ i puteis & dānabunt oēs res quæ morant in aqua de aīalibus & aliis rebus. Et si fuerit in signo terreo & sub terra & fortunæ ab eo remotæ fuerint & habuerit cōmixtionē cū mercurio significat dānū in terra & i proprietatibus eius & in mineris. Et si mercurius nō habuerit cōmixtionē cū eo erunt significationes pdictæ tamen minores & leuiores. Et si habuerit cōmixtionē infortunaꝝ miscē significatores āni & temperabuntur & minuēt mala quæ prediximꝰ. Et scias ꝙ quilibet ex planetis altioribus habent unū statū & planetæ iferiores habent aliū. Quoniam plæ altiores sunt sicut spūs: iferiores uero sicut corpora: hæc scd'm sententiā albu. & haly abenragel in locis pdictis. Et dicit aomar i fine libri.9. iudicū ꝙ sol i arietis ingressu deprehenso quecūq; stella orientalis reperitur anni ducatū uendicabit orientalis. Nā q; Iuppiter omnia ad salutē & optimū renouabit statū. & hoc ibidē facit uenus scd'm aomar. Mercurius uero ad modū omnia reducit. Saturnꝰ uero & mars contraria his quæ diximꝰ de Ioue & uenere operātur. Et dicit aomar ꝙ ab hoc speculationis genere non est desistēdū quotiens singulas āni quartas sol igredi sestiat. Nā quæ stella orientalis fuerit ipsius quartæ ducatū sortit pricipaliter primo quoq; semper notandū est solis & lunæ status uel applicatio & pro stellaꝝ habitu ubiq; iudicandū. Et in eodē ca. in principio dicit aomar i almubal deleta & ipsis in 12ª .s. aquatico signo cōstitutis dū tamen ifortunæ sub terra existentes applicent pestē: aut terremotū in eadē regione descendere portēdunt. Luna rursū deleta i fortunæ sub terra applicans & in signo igneo duobꝰ locis eadē hora & in eadē regione exustionē nimiā cū uim & luminaria cū .12. aut nonū possideāt. Si tamen in .12. initiū diei. Nonū uero occupantes finē predictis efficiunt incomodis. Ea itē in uespere debeatur eadē hora ab his cauendū admonet luna tunc deleta & in austrū descēdens & in circulo aut in libra in qua discurrens aut in scorpione tā lumine ꝙ cōputo decrescens numero quidē minuit quo tiēs nocte & die minus ꝙ̄ medium icedat cursū i fortūaꝝ etiā aspectu priuata exustionē aut quodlibet genus pestis eidē urbi iminere testatur. Nō est ergo ibidē morandū qm̄ corruptio in plurimas labitur regiones. Hic rursus aduertendū arbitror qm̄ utriusq; īfortunæ cū cauda i ariete conuentus pectora corrūpit & principibꝰ uersatur & hoc modo iuxta signoꝝ ordinē & situ. Est enī primū aries orientalis. eius q̄ trinarius leo medius sagittarius utriusq; pocior. Rursū gemini primum occidentalis ipsius q̄ trinarius cācer australis primus aquo eo eius trinarꝰ nullomodo discrepat hic aomar ibidē. Et dicit sen filius haly i libro de igressu saturni in signa ꝙ cū saturnus itrat arietē & facit morā suā in eo significat pestilentiā & pustulas. In tauro significat mortē boū & pecoꝝ & mortem pueroꝝ. In geminis mortē omnium uiuētiū. In leone mortem pecorum. In uirgine mortem pecoꝝ & pustulas & scabiē in hominibus & corruptionem. In libra mortem pecorum tempestatem in hominibꝰ & corruptionē. In scorpiōe uariolas in hominibꝰ īfirmitates in putendū & difficultatē ptis mulieꝝ. In capricorno mortē pecoꝝ. In piscibus pustulas in hominibꝰ occidentis significat. Et dicit haly abenragel libro 8. ca. 21. Apta ascēdēs anni & ascendens coniunctionis uel oppōnis quæ fuerit ante introitū solis i arietē & si fuerit hæc. & ascēdentia & luna salua ab ifortuniis & dn̄s loci coniūctionis similiter & applicuerit ad fortunā & aspexerint ipsū dominū luminaris qd' fuerit dn̄s temporis significat ꝙ ille annus erit liber ab epidimiis & mortalitatibꝰ. Sed si domini hoꝝ dominoꝝ ascendentiū & luna & domini loci cōniunctionis uel horū dominoꝝ ascendentiū & luna & domini oppositiōis. Si oēs isti uel maior pars eoꝝ fuerint ifortunati significat epidimias & mortalitates: & hoc erit scd'm posse ifortunaꝝ & scd'm naturā eius & locū i quo fuerit. Et si domini hoꝝ dominoꝝ ascēdentiū uel unus eoꝝ ipsis existentibꝰ ifortunatis applicuerit ad dominū octauæ ipsoꝝ erunt epidimiæ mortalitatibꝰ magnis & fortibꝰ. Et si taliter nō fuerint nō erit multa mortalitas & licet ibi sint epidimiæ mors erit pauca ratione ista. Et si planeta qui fuerit magis appodiatus his significationibꝰ omnibus applicuerit ad dominū octauæ sue accidēt multæ mortalitates subitaneæ sine eo ꝙ hō nō īfirmetur. Et si dominus suæ sextæ domus cuiuslibet hoꝝ sigificatoꝝ applicuerit signatiōi erūt epidimiæ cū īfirmitates lōgis. Et si significatores applicuerit dominis suaꝝ sextaꝝ erunt ifirmitates nō longe. Et si īfortunatus fuerit mars erunt ifirmitates calidæ & maxime quādo mars fuerit cursus uelocis & porēs & in signo calido & sicco. & si in fortunator fuerit saturnus erunt īfirmitates saturnine longe & durabiles & maxime si saturnus fuerit tardi motꝰ & potens in signo frigido & sicco: hæc haly abēragel ubi supra. Et scd'm albu. in libro de flo nbꝰ ca. de significatione stellaꝝ fixaꝝ quedā sunt stellæ fixæ in celo quæ si cū eis coniūctus fuerit dominꝰ āni significat pestilētias & ifirmitates & epidimias & sūt istæ stellæ quas narrabo. In capite enim arietis scd'm albumazar. sūt duæ stellæ fixæ una .f. in .13. gradu & 22. minuto & altera in .5. & .25. minuto & latitudo eoꝝ est septētrionalis & cōplexio eoꝝ est martis & saturni. Stellæ quoq; pliades sunt ex cōplexione martis & lunæ & sunt in tauro in .9. gradu & .25 minuto & latitudo eaꝝ est septentriōalis & complexio eoꝝ est martis & saturni. Aldebran quoq; & cornu tauri est in .19. gradu tauri & .15. minuto. In geminis est stella in .17. gradu i 25 minūt & latitudo eius est meridionalis & cōplexio eius est sol

Et in canero sunt duæ stellæ: quarum una est in.17.
gradu & .55.minu.& altera in.7.gradu.55.minu.
septētrionalis.Et ē alia in leone in.15.gradu &.55
minu.& ex complexiōe saturni & altera in.7.gra.
&.55.minu.septētrionalis.Est & alia in leone i.15.
gra.&.55.minu.ex cōplexione saturni.& altera in.
7.gradu &in.22º.minu.septētrionalis: cōplexionis
quoq; saturni.Est altera i uirgine cōplexionis mar
tis in.7.gradu & i.50.minu.& altera in.15.gra cō
plexionis saturni.Est quoq; in libra stella cōplexio
nis saturni.& in.26 gra.Et sunt.3.stellæ in scorpio
ne quarꝫ una ē i primo gra.&.2.minu.& altera in.
9.gra.&.7.minu.cōplexionis martis. In sagicta/
rio sunt.3.stellæ paruæ: una est in.19.gra. & duo mi
nuta: alter in.21.&primo minu.& altera in.25.gra.
& octauo minu.& naturæ saturni. In capricorno
sunt duæ stellæ quarꝫ una est in.27.gra.&.2.minu.
& altera in.28 &.5.minu.ex complexione saturni
& una in aquario in.9.gra.&.4.minu.Et una in si
gno piscīū in.4 gra.&in.7.minu. Et dicit albu.cū
uideris dominū āni iūctū alicui harū stellarꝫ quas ti
bi dixi & in eodē gra.scito ꝙ īpedimentū cadet sup
reges & diuites & nobiles & erūt in eis mœrores &
tristitiæ & īfirmitates ex dolore capitis & febres.Et
si aliqua harꝫ stellarꝫ fuerit in gra.ascēdentis & ali/
quis fuerit natus eodē āno & fuerit eius ascēdens in
ipsis gradibꝰ erit malus & īfortunatꝰ& habebit ml
tas īfirmitates & ꝑcipue in capite.Et si dn̄s sedl̄i ab
ascēdente reuolutionis fuerit in his stellis quas ꝑdi/
xi accident hominibus īfirmitates malignæ in eolis
auribus & catarrꝰ siccꝰ.Et si aliqua harꝫ stellarꝫ fue
rit in gra.sedl̄i reuolutionis & si puer natꝰ fuerit eo
dē anno & fuerit eius ascendens signū ipsū & stella
fuerit in gra.sui ascendentis erit multarꝫ īfirmitatū
ex suo gutture & auribus.Et si fuerit dominus tertii
cum septima harū stellarū erunt plurime īfirmitates
graues & prolixe.Et similiter si ceciderit quedā ha/
rū stellarū in gra.tertiæ reuolutionis ab ascendente
& puer natus fuerit eodē anno cuiꝰ ascendentis fue
rit hoc signū & fuerit stella in gradibus ascendentis
erunt īfirmitates eius in spatulis & brachiis. Et si ce
ciderit aliqua harꝫ stellarꝫ in.4.gra.reuolutionis &
si natus fuerit puer illo anno erunt plures īfirmita/
tes eius ī pectore & pulmone & in illis partibus cor
poris.Et si fuerit dominus quinti ab ascendente re/
uolutionis cū aliq̄ harū stellarū predictarū accidēt
hominibus īfirmitates in uentre & in stomoco pro
hibētes eos a coitu.Et similiter si ceciderit aliqua ha
rū stellarū predictarū in gra.quinti ab ascendēte re
uolutionis.Et si natus fuerit puer eodē anno cuius
ascendens ipsi gradus erūt etiā plures īfirmitates eiꝰ
in uentre & in stomoco. Et si fuerit dominus sexti
ab ascendente reuolutionis in aliqua harū stellarꝫ
multiplicabuntur īfirmitates in hominibus & inte
stinis ex calore superfluo.& similiter si ceciderit al
qua haruꝫ stellarū in gra sexti ab ascendēte.Et si na
tus fuerit puer eodē anno erunt īfirmitates eius in
īferiori parte uentris. Et si fuerit dominus sexti ab
ascendente reuolutionis cū aliqua harū stellarū erūt
plures īfirmitates hominū in uesica & in renibus &
in anchis & ī partibus posterioribus.Et similiter si
reciderit aliqua harū stellarū in gra.7.ab ascendēte.
Et si natus fuerit puer eodē anno ab ipso gra.erunt
plures īfirmitates eius in gutture & in renibus & in
cruribus & ī partibus posterioribus. Et si fuerit do
minus octaui ascendētis reuolutionis cū aliqua ha/
rū stellarū predictarū multiplicabitur mors in mise
ris & deiectis & cadet ī hominibus pestilentia &
erunt plures īfirmitates hominū in uirilibus & ī ra/
dicibus crurū ac testiculorū.& similiter si ceciderit
aliqua harū stellarū in gra.Si ab ascendente reuolu
tionis & situatus fuerit puer eodē anno erunt īfir/
mitates eius intesticul' & in uerenda. Et si fuerit do
minus noni ab ascendēte reuolutionis cū aliqua ha
rū stellarū erunt plures īfirmitates hominū in īferio
ribus. Et similiter si ceciderit aliqua harū stellarū ī
octaua noni ab ascendente reuolutionis:& si natus
fuerit puer aliqs eodē āno erunt plures īfirmitates ī
inferioribus.Et si.10.fuerit dominus ab ascendēte
reuolutionis cū aliqua harꝫ stellarꝫ erūt plures īfir
mitates ex geminiculis. Et similiter si ceciderit ali/
qua harū in gra.10.ab ascendente hora reuolutiōis
& natus fuerit puer eodē anno.& fuerit ipsi gradꝰ
ascendens eius in eodē signo erunt plures īfirmita/
tes in genibus. Et si fuerit ūdecimi ab ascēdente re
uolutionis cum aliqua harum stellarū erunt infirmi
tates hominū plus in cruribus. Et similiter si cecide
rit aliqua harū stellarū in quinto gradu ab ascenden
te reuolutionis & si natus fuerit puer in eodē anno
sub ipsis gradibus erunt īfirmitates eius plus in cru
ribus.Et si fuerit dominus.12.ab ascendente reuolu
tionis cū aliqua harꝫ stellarꝫ quas dixi uel si cecide/
rit aliqua stellarꝫ in gra.12.ab ascendente reuolutio
nis & natus fuerit puer eodē anno & fuerit ascen/
dens eius sub ipsis gradibus ex eodē signo īfirmita/
tes erunt eius plus ī pedibus.Et dicit albu.ꝙ si aspe/
xerit iuppiter aut uenus ex loco imaginis & pro/
iecerit radios suos & ipsū gradū & fuerit fortis ī lo
co suo.Iuppiter uel uenus non operabitur aliquid
ex operibus suis ꝙ appareat & sedm̄ quātitatē for
titudinis ul' debilitatis planetarꝫ erit multitudo ma
li uel boni.Et si aspexerit in loco in inimititie & cō
trarietatis non repellit aliquid ex malo & maxime
si fuerit debilis in loco suo. Sed nitetur repellere ip
sum malū & non repellet ex eo aliquid. Si autē as/
pexerit malus ex loco directionis erit malū omne
quod dixi tibi ex rebus planetarꝫ festinabit ꝙ opus
suū & sequitur nido aliud.Et si aspexerit ex loco in
inimicitie & contrarietatis erit omne quod dixi ti
bi.Malū & occupatio &.Contrarietas ab in uicio
eīonis mali usq; in finē eius. Si autē aspexerit sol ip
sū locū deteget ipsū malū & apparere faciet illud.&
omnis qui nititur ocultare ꝙ accidit ei non poterit
ocultare illud & erit hoc uniuersale eidē regioni &
ciuitati.Et si aspexerit saturnus desceēdet tribulatio
una post aliā.Et si aspexerit mercurius erit hoc cō/

mixtũ & colotatũ. Et si aspexerit luna erit opus eiꝰ
sicut opus sol sed erit citius aliquãtulũ & celeriꝰ in
omni illo quod operatur propter celeritaté cursus
eius: & scito ꝙ uniuersa quæ tibi dixi erant ĩ terris
& ciuitatibus quæ fuerint in diuisione eiusdé signi.
hæc albu. ubi supra. Et dicit albu. Sexto maioris ĩ
troductorii differentia .24. ꝙ aries taurus leo libra.
sagictarius capricornus & pisces significant ĩfirmi
tates. Et ubi supra differentia .14. dicit albu. ꝙ si-
gna significãtia pustulas leprã ĩpetigies & huiꝰmõi
infirmitates sunt aries cancer scorpio capricornus
& pisces: hæc igitur signa ut dicit albu. cum luna
uel pars fortunæ uel pars futuroꝝ ĩ aliquo eoꝝ fue
rit ĩpedita significat ĩfirmitates ꝑdictas. Et ubi su
pra differentia .20. dicit albu. ꝙ sunt quedã loca in
signis quæ doloré oculoꝝ significant ut anchoza-
te: & pliades in tauro & locus nubis ĩ cancero & lo
cus spine scorpionis. & locus sagicte in sagictario
& locus caude capricorni & capricorno & locus
casus aquæ in aquario. sũt loca flegmoné oculoꝝ ſi
gnificãt & eoꝝ doloré. Libra quoq; & leo fortas
sis lumen oculoꝝ ĩpediũt. Et dicit ptole. 2. quadri
partiti ca. 5. ꝙ extreme partes arietis comburunt &
mortalitaté gignunt. Et secũdm haly ibidé ille par-
tes sunt de natura martis. Leõis signi partes prece
dentes secũdm ptole. ubi supra aeré calidũ & turbidũ
ac mortalitates ãnunciant. Et secũdm haly sunt de na
tura solis & martis. Et secũd ptole. signi libre partes
meridionales mortalitaté gignũt. Et secũdm haly sũt
de natura saturni. Et quidé sunt gradus in celo qui
dicuntur gradus azemene qui gradus secũdm alkabi
tiũ in suo introductorio differentia prima qui sunt
gradus debilitatiõis & significat debilitationé. cor
porũ hominũ .s. cecitaté surditaté & amissioné mẽ
broꝝ & alias ĩfirmitates & similia. quæ homo ha-
bebit ꝗ̃ diu uixerit. Et isti gradus azemene patent
in tractatu primo huius libri distinctione .12. ca. 4.
Hæc aũt signa predicta & partes signoꝝ significãt
epidimias & ĩfirmitates & pestilentiã & corruptio
né aeris. Cũ fuerint loca principalia in introitu ãni
& quartæ eius aut cũ domini dispositores anni aut
quartaꝝ anni fuerint in eis. Et precipue hæc eadé si
gnificant signa & partes predicte ratione stellaꝝ fi
xaꝝ in eis existentiũ cũ loca magnaꝝ coniunctio-
nũ uel eclipsiũ luminariũ: aut ascendentia eoꝝ fue-
rit ĩ eis: aut cũ fuerint loca coniunctionũ uel oppo
sitionũ luminariũ precedentiũ introitũ anni aut q̃r
tæ eius aut cũ fuerit ascendentia annoꝝ aut quarta
rũ ãni. Et debes obseruare hic regulas prius positas
in ca. precedente huius distinctionis cõcernentes si
gnificationes planetaꝝ & signoꝝ & partiũ circuli
¶ Nõ restat ponere regũlas particulares de pestilẽ
tia & epidimias & corruptione aeris per quartas ã
ni Ptole. uero .2. quadripartiti ca. 12. ubi supra de
terminat de dominio quartæ ãni nõ ponit aliquas
regulas de ꝑdictis accidentibꝰ expresse. nihilominꝰ
ex sententia ptole. & haly in eodé ca. potest elici ta
lis regula uidelicet. Si planetæ qui dominantur ĩ lo
co cõiunctionis uel oppositionis precedentis ĩtroi
tũ solis in q̃cũq; punctoꝝ cardinaliũ aut qui domi
nant in angulo sequente locũ coniunctionis uel op
positionis predictũ fuerit omnes uel maior pars eo
rũ significantes epidimias & pestilentias & infirmi
taté & corruptioné aeris. Et si in signis huiusmodi
accidentia significantibꝰ extiterit ac etiã si loca pri-
cipalia predicta hæc eadé accidẽtia significauerint.
Et si cũ hoc predicti domini fuerint cõiuncti cũ pla
netis uel stellis fixis predicta accidentia significanti
bus uel ab eis aspiciant signũ erit pestilentiæ & e-
pidimiaꝝ & ĩfirmitatũ multaꝝ & corruptionis ae
ris in eadé quarta ãni. Qui aũté planetæ & quæ si-
gna predicta accidentia significauerint patet prius
in hoc & in ca. precedente satis diffuse. Et dicit io-
hánes hispalésis in suo quadripartito parte prima
in principio ꝙ in coniunctione uel oppositione ꝑ
cedente introitũ solis in arieté uel quécũq; puncto
rũ cardinaliũ: cõsidera quomodo fuerit ipse pla. ad
qué per coniunctioné uel ꝑ aspectũ uadit luna post
coniunctioné uel oppositioné predictã & utrũ be
ne se habuerit ille pla. uel male: sic enĩ dicit ipse erit il
le ãnus uel illa quarta ãni. Si ergo ille pla. significaue
rit pestilentiã & epidimias & corruptioné aeris &
fuerit fortis ĩ loco suo erit pestilentiæ & epidimiæ
in illa quarta. Et dicit albu. in libro experimento
rũ suoꝝ uersus finé aspice luminare cuius fuerit au
ctoritas & quia luminare cũ fuerit confortatũ &
auctũ fuerit lumine eius & numero .s. si fuerit luna
& si non fuerit impeditũ repellit impedimẽtũ ma
gnũ & prohibebit a malo. Et cũ fuerit ascendens
anni signum mobile erit tempus eorum quæ signi
ficauerit auctor in prima quarta anni ex bono uel
malo. Cũq; intrauerit sol cancrũ librã & capricor-
nũ reuolue has quartas & constitue super eas ascen
dens & scito significatorem & dic in eo sicut di-
xisti in prima quarta. Et si fuerit ascendens ãni si-
gnũ cõe erit tp̃s eoꝝ q̃ significauerit auctor medie-
tas ãni prima. Cũq; ĩtrauerit sol librã reuolue ei me
dietaté ultimã & cõstitue ei ascendés & scito signi
catoré & narra quéadmodũ narrasti ĩ precedenti-
bus. Et si fuerit ascendens eoꝝ signũ fixũ erit tem-
pus eoꝝ q̃ significauerit auctor in fine ãni quia re-
uolutio preerit omnibꝰ quartis hæc albu. ibidé. Et
ubi supra uersus finé eiusdé libri dicit albu. aspice a
scendens ãni. Si fuerit signũ fixũ erit significatio do
mini ãni uniuersalis ab initio usq; ad finé eiꝰ & me
lius si fuerit dominus ascendentis ĩ signo fixo & re
cuperabis in hoc reuolutioné quartaꝝ. Si aũté fue
rit signũ comune erit significatio ad medietaté ãni
primã. Et oportet te reuoluere aliã medietaté ad ĩ
troitũ solis in primũ iminutũ libræ: fortiꝰ q; erit ad
hoc ut sit dominus ascendẽtis ĩ signo comuni. Et si
fuerit signũ mobile erit significató domini ãni ad ĩ
troitũ solis in iĩio signoꝝ mobiliũ & fortiꝰ erit ad
reuolutioné quartaꝝ ut sit dominus anni in signo
mobili: post hoc quere significatoré in omni reuo-
lutióe sicut dixi tibi & aspicies ad hoc quéadmodũ

aspicis ad significatorē dñi āni & fac participē dominū āni cū significatore ī quarta.uel ī medio. Cūq3 hæc sapiēter feceris scito fortitudinē domini horæ & partē fortunæ ac dominū ei⁹ & prosperitatē causæ eoꝝ: quia pars fortunæ & dominus eius auxiliātur domino anni & quartæ. Et scito coniunctionē planetaꝝ cū domino āni & domino quartæ & cōiunctionis eius cū planetis & separationē eoꝝ ab inuicē atq3 aduentū eoꝝ ad inuicē in domibus & aspectib⁹: & intellige memoriā substātiaꝝ eoꝝ & opera eoꝝ per casus eoꝝ & cōmisce his substātias signoꝝ suoꝝ & quis uicerit ex receptione & existētia. illā cognosce eē sigificatorē & scito cām eoꝝ ad inuicē per diuersitatē & concordiā uel alligationē aut cū receptione & reditione post hoc respice esse rusticoꝝ in corporibus suis & ex dominus āni & ex domino ascendentis & ꝙ sit in ascendente luminaribus fortunaꝝ & maloꝝ quēadmodū aspicis ī natiuitatibus super esse regis in corpore suo ex sole & domino medii cæli & cōiunctione planetaꝝ cū eis & coniunctione eoꝝ cū planetis & pone aptationē partis fortunæ & dominū eius fortitudinem eius atq3 augmentū in eo ꝙ sunt ex bono & refrenationem ex malo & pone impedimentū eoꝝ debilitatē eis & sigificatori rusticoꝝ atq3 augmētū in malo. Et aspice magnatibus & diuitibus ex ioue & militibus & nobilibus atq3 auxiliationibus regis & dominis exercitium eius ex martæ. Et religiosis ac deo seruientibus ex saturno: & mulieribus ex uenere: & mercatoribus & scribis aut amicis ex mercurio: & uniuersitati uulgi ex luna. Et participē fac dominū anni & dominū dom⁹ eius sup hoc & optimā fac cōmixtionē. Quod si fuerit unus eoꝝ ipeditus & fuerit ei pars in āno & significauerit grauitatē & ipedimentū ac malū: illud erit secūm quātitatē coniunctionis & complexionis & eo grauius si fuerit ascendens aut mediū celi signū eius preter uenerē & lunā cū fuerit ipedimentū & casus eoꝝ in accidente aut in angulo terre significabunt grauitatē: quia hæc & loca femina sunt & mars etiam. Sed mars infra eos est. Sol aūt ac saturnus. Iuppiter tūc grauius erit esse eoꝝ cū fuerit domus eoꝝ in ascendēte aut ī medio cæli. Et scito qđ sit omni planetæ & signo ex ciuitatibus & climatibus & cūq3 inueneris dominū climatis uel ciuitatis fortē ac receptū & boni esse & a malis liberatū & signū eiusdē terræ uł ciuitatis fuerit liberū a malis dicit ī hoc gaudiū & aptationē & letitiā. Et si inueneris plam & signū ipeditū dicit in eo malū. & ipedimentū & detrimentū siue destructionē & pestē. Cū fuerit dominus ascendentis ipeditus imittet ipedimentū secūm substantiā signi ascendentis & maxime ī terra quæ est eiusdē signi ut cū fuerit libra ascendens. & fuerit uenus ipedita patitur terra libræ ipedimentū ex uētis īfirmitatibus & pustulis. Aspice ergo ad esse signi & ad esse domini sui & ad locū eius in circulo & in qualibet quarta se & dicit secūm ꝙ est ei ex terris. Et cū sciueris hoc inspice ab ascendēte & domino eius & scito esse illius & esse domini sui & aptationē ac detrimentū eoꝝ & loquere in hoc secūm ꝙ uideris: pet⁹ hæc aspice secūam & ei⁹ dominū & sic donec peurras omnes domos & eoꝝ dominos & digniores fac angulos & eoꝝ dominos quia est ei⁹ opus & fortitudo similiter cetera signa. Et dicit albu. sol & mediū cæli dominus & dominus tunc medii cæli significat res diuitū quæ si fuerit salua ab aspectu maloꝝ & ex angulis saluabunt diuites: & si ipedita fuerit hæc hora ex angulis determinabitur esse diuitū & significabit hoc malū. Et undecimū ē militū regis si saluū fuerit & aptū aptabuntur milites regis. Et si ipedimentū fuerit ipedimentū patientur. Et Mercurius significat scribas & negotiatores astrologos & doctores & sapiētes: qui si aptus fuerit & fortis aptabuntur & ipsi & similiter. Iuppiter significat consules & capitaneos qui si aptus fuerit aptabuntur & ipsi. Et similiter uenus significat mulieres. Ascendens & luna significat res uulgi uniuersales in reuolutione āni: siue in introitu quartæ ꝙ si fuerit ipedita. significat plēs īfirmitates & dolores & grauitates: & eo grauius si fuerit in.6.uel in octauo. Et si fuerit ipedimentū ex martæ erit febris calida & mors subitanea. Et si fuerit ipedimentū ex saturno erit febris ex colera nigra & mors. Sol & saturnus significāt reges & diuites: qualēcūq3 igiť planetā inueneris ipeditū ex angulis dicit malū ex substantia eius. & qualēcūq3 inueneris īfortunatū dicit bonū in substantia eius. Malus cū impediet dominū ascendentis ipediet eū ex medio cæli & ipse fuerit retrogradus fuerit q3 dominus anni ītrabit grauitas super oēs homines. Et si fuerit in oriente erit manifestū in oriente & si fuerit manifestū in occidēte erit manifestū ex parte occidentis & similiter in parte meridiei & septētrionis & grauius erit esse ciuiū & ciuitatis terre quæ fuerit in diuisione signi ī quo malus fuerit retrogradus & grauius erit ipedimentū eius in angulo. Et si fuerit aspectus mali ad dominū āni uel ad significatorē substantiæ ex ascendēte erit grauitas in corpore ex.2.in substantia ex.3.ī fratribus. Et.4.de parte patris & parentū & magis propinquoꝝ. Et.5.de filio & minoribus & eis qui sunt sub maiori eius. Ex.6.de īfirmitate & .7. de bello & contentione & mulieribus. Ex.8.de reliquis mortuoꝝ & contentione ꝙ si fuerit signū mobile uel comune timebitur sup regē. Si fuerit sigificator regis quē aspiciūt mali. Et si fuerit hic aspect⁹ de .8. significatorē rusticoꝝ timebitur super rusticos. Et si fuerit significator eoꝝ luna timebiť super uniuersos. Nā iuadet eos mors. Et si fuerit ex.9.erit ex parte peregrinationis & ex hominibus religiosis qui q̄runt iustitiā. Et si fuerit ex decimo erit ex parte regis & dominoꝝ. Et si ex.5.erit ex parte amicoꝝ. Et si ex.12.erit ex parte inimicoꝝ. Et dicit albu. cū dominus ascendentis inimicatur ascendenti idest si ceciderit in locū inimicitiæ ab eo significat impedimentū secūm quātitatē inimicitiæ eius. i. si fuerit casus eius in.6.erit ī hominib⁹ īfirmitas & in.8.mars

& in.12.inimicitia secdm substantiã signi i quo fuerit & similiter dominus exaltationis ascendentis cũ ipeditus fuerit in simili horũ locorũ erit malũ & impedimentũ ĩfra eũ ꝙ significauit locus domini ascẽdentis. Et dominus termini ac triplicitatis cũ impediti fuerint inimicatur ascendenti. & secdm similitudinẽ horũ locorũ erit impedimentũ eorũ ĩfra ipsũ qđ dixi. Et hoc totũ erit secđ; qualitatẽ aut quãtitatẽ aspectus fortunatũ & malorũ & secdm cõplexionẽ quæ fuerit inter significatores & loca in qua cadunt & fortunæ per aspectũ suũ repellũt mala & proficiũt nisi sint retrograde uel cõbuste. Mali uero impediunt nisi sint directi respicientes eũ locũ cõplexionis. hæc albu. in libro experimentorũ. Et i libro de floribus dicit albu. Scito ꝙ annus cũ fuerit eius ascendens ĩ fortitudie sua eodẽ ãno hora descensionis solis in ptimum minutũ arietis. i. cũ fuerit ascendens signũ fixũ. Si non uolueris eidẽ anno quartas poterit tibi sufficere eiusdẽ anni ascendẽs. Fidutia eni huius rei est signũ fixũ. Non enim indigebis reuolutione quartarũ & mensiũ. Porro si fuerit signũ comune tunc necesse est semper ut reuoluas annũ in hora descensionis sol' in primũ minutũ cancri & libræ atq; capricorni. Scito hoc & operare per eũ quia inuenis in omni quod operatus fueris in ascensionibus harũ quartarũ sicut fecisti in unitio anni equaliter & diuersitas ad aliud quia illud pbaui studiose ꝙ dixerunt antiqui & inueni partem eorũ euenire & partẽ errare. Nã ipsi dixerunt non facias in ascendente quartæ & in ascendẽte eius mẽsis sicut facias in ascendente anni per plam qui fuerit plis testimonii & in loco forti: dixerunt enĩ non est necesse ut facias ĩ ascendẽtib⁹ q̃rtarũ similiter sed aspicias plam fortẽ non per multitudinẽ testimoniorũ. sed per bonitatẽ loci tantũ. Et dixerunt alii facies per dominũ coniunctionis aut preuentionis quæ fuerit ante hoc. Et si non aspexerit ascendens erit ipsi turbulatio proprie in loco ex ciuitatibus & terris quæ sunt ĩ diuisione eius. Et fac in aspectu plarũ ad eũ q̃admodũ fecisti in aspectu planetarũ ad ipsum in ariete & eius triplicitate & loquere super partẽ in qua erit impedimentũ causa illorũ ĩ suis signorũ in quibus fuerint planetæ aspicientes dominũ q̃rtæ: hæc albu. ibidẽ. Et debes obseruare ĩ duabus distinctionibus sequentibus omnes has regulas uniuersales quas posuit albu. Cũ uolueris pronosticare de caristia & guerra per reuolutiones annorũ mundi & per introitus quartarũ anni nec oportet iterato recitare has regulas generales in distinctionibus sequẽtib⁹ postq̃ posite sũt hic. Et dicit haly abẽragel. lib. 8. ca. 9. Quando Iuppiter fuerit dñs alicuius quartæ anni significat saluationẽ & securitatẽ illius climatis. Et quãdo mars fuerit dominus quartæ & habuerit aspectũ cũ saturno. Et fuerit remotus ab aspectibus iouis accident damna & motus & pestes & multa turpia & precipue in climatibus & in terris ubi habuerit dominiũ signũ in quo fuerit mars. tñ si cũ hoc acciderit ꝙ iuppiter sit ĩ aliquo angulorũ martis minuentur hæ significationes. Et quando sol fuerit dominus temporis & in signo in quo fuerit appodiatus in quo habuerit dignitatẽ significat aptationẽ & quietẽ & multũ bonũ in isto tempore. Sed si fuerit ibidẽ ifortunatus a marte significat grauitates & dãna accidere don i nis & altes & nobilibus atq; infirmitates & multa mala. Et si Iuppiter fuerit in loco in quo prohibeat dãna martis remouẽtur hæ significationes. Et quã do uenus fuerit domina temporis & mars ab aspectibus suis fuerit remotus significat gaudia & alacritates & similia: & quãdo luna fuerit domina quartæ fortunata & appodiata nõ erunt mala in illa q̃rta: tamen si ipsa fuerit ĩ fortunata a martæ accident multa mala secdm naturã & significationẽ signi & fortius in iuuenibus & hoc erit secdm potentiã & uirtutẽ quã habet mars cũ luna. Et saturnus cũ fuerit dominus quartæ anni & fuerit in aliquo angulorũ martis significat multa mala de natura sua. Et dicit haly quando in introitu solis in arietẽ non inueneris aliquẽ planetã aptũ ut sit dominus quartæ da semper marti partẽ & dominiũ in introitu solis in ariete & iudicabit quartã secdm suũ locũ & potẽtiã si aliũ dominũ non poteris habere. Et simile facies de luna in introitu solis in cancrũ: & simile de saturno in introitu solis in capricornũ: & simile de uenere in introitu solis in librã: & hæc facies quãdo nõ habueris plam aptũ ut sit dominus quartæ: hæc haly ibidẽ. Et debes obseruare hanc regulã in omnibus aliis distinctionib⁹. Et debes obseruare hic omnes regulas prius positas in ca. isto cõcernentes quãtitatẽ anni ex coniunctione uel oppositione precedente introitũ solis in arietẽ & per easdẽ regulas debes iudicare fere de pestilentia & epidimis ĩ introitu quartæ sicut in reuolutione anni: iõ oportet te recitare regulas prius positas in capi. isto. Et non inuenio multas regulas de pestilentia & epidimiis mẽsiũ eo ꝙ huiusmodi accidentia diu durant q̃a sunt grandia & multũ uniuersalia: iõ non pono hic aliq̃d capitulã de eisdẽ accidentibus in mensibus nec in meditatibus mensiũ anni. Sed sufficiunt mihi regulæ prius posite in ca. isto de dominio coniunctionis uel oppositionis precedentis introitũ anni & introitus quartarũ anni ad pronosticandũ de pestilentia & epidimiis & corruptione aeris per omnes mẽses & medietates mensiũ.

ℭ Capitulũ sextũ de signis pronosticis pestilentiæ epidimiæ & corruptione aeris.

U Olo tibi modo ostendere signa pronostica pestilentiæ & epidimiarũ & ĩfirmitatũ & corruptione aeris. Dicit itaq; ptole. 2. quadripartiti ca. 9. ꝙ signalia ĩ aere apparentia circa luminaria hora alicu⁹ eclipsis luiarũ & pcipue si tũc fuerit alia cõiũctio magna uel si caudate stellæ aut aliæ stelle. 2. in aere apparẽtes eadẽ hora uel ĩ hora alicuius cõiunctiõis magnæ uel alicuius temporũ reuolu

bilium fuerit coloris nigri uel uiridis ea quæ saturni
naturá imitari dixerimus: significabũt ea quæ sunt
ex natura martis. Et si diuersorũ colorũ extiterint
significabunt ea quæ sunt de natura mercurii. Sed
prout ostensũ est supra in cap. imediate præcedéte
iuxta sententiá ptole. & albu. Saturn⁹ mars & mer
curius pestilentiá & epidimias & corruptióes signi
ficant & uarias infirmitates de naturis eorũ. Signa
lia ergo in aere prædictis modis apparẽtia & pdi/
ctis modis colorata: hæc eadé significabunt. Et di/
rit ptolemeus ubi supra. q si signalia prædicta quá
libet unã parté luminariũ uel eorũ quæ circa ipsum
sunt occupauerint in ea parte solũmodo quæ est in
directo partis illius i qua ille color apparuerit acci/
dés futurũ eueniet. Si auté color iste totũ corpus lu
minari ũ uel eorũ quæ circa ipsum sunt amplexabit
in maiori parte regionũ. s. concordantiũ cũ accidé
te accidere dicitur accidés futurũ. ¶ Ité dicit ptole
meus. ubi supra cõuenit & ut caudatas stellas q̃ ho/
ra eclipsis uel alicuius téporis reuolubilis apparue/
rit obseruemus necnon & alia futura uniuersalia ut
sunt illa quæ uocatur ptica aut corpora aut impfe/
ctus eius & silia quoq nec martialibus & mercuria
libus quas pdixerimus assimilant & accidétia q p
eas accidunt operantur: & per consequens pestilen
tias & epidimias & alias infirmitates predictas de
natura martis & mercurii significabunt. Et secun/
dum haly h⁹modi signalia significát mortes subi/
taneas & febres acutas & talia de natura martis &
mercurii. Qualiter autem scies ubi euenient accidé
tia significata per predicta apparentia i aere & qñ
& q̃ diu durabunt & cuiusmodi accidenti euenĩét
& in quo genere rerũ apparebunt patent hæc om/
nia secundũ intentionem ptolemei & haly in tra
ctatu primo huius libri distinctione. 5. capi. 3. satis
diffuse. Et secundum sñiam ptolemei & haly in ca
tiloquio propositione. 99. scintillatióes stellarum
& stellæ caudatæ in aere significant siccos uapores
& secundũ haly & similiter secundũ aliũ cómenta
torem ptole[illegible] qui uocatur buguifarus. Si illa si/
gnalia fue[illegible] similia in omnes partes significa/
bunt siccit[illegible] & turbationem aeris: & inter stel/
las cum ca[illegible]s & solé est semper. 12. signa. Et si ista
quæ dña e pillorum dicitur uel quæ habuerit mul/
tus crines apparuerint in angulo alicuius regni mo
rietur rex eius uel homo potens in eo. Et si caderis
fuerit ab angulis scilicet regni multiplicabuntur car
ceres & infirmitates erũt in hominib⁹ erit q mors
eorũ & maxime subitanea. Et dicit haly in fine ex/
positionis centiloquii ptolemei iste cometa quæ di
citur dñs astone est de complexione mercurii & est
ceruleus & paruus & cauda eius longa & in par/
te in qua cauda eius apparuerit significat mortem
regum. Et illa quæ dicitur nigra est ex natura sa/
turni & eius color est magis ceruleus q̃ niger & qñ
apparuerit significabit mortalitatem multá. Et illa
quæ dicitur rosa est magna & rotunda & habet fa
ciem ad modum hominis & color eius est ut color
argenti cum auro mixti quæ quando apparuerint
significat mortem regum & diuitum & mutabun/
tur res mundane & uenient & succedent illis melio
ret. Et illa quæ dicit uerú est horibilis aspectu ua/
dit q prope solem & significat mortalitates regũ
& diuitum. Et quæ partica dicitur habet grossũ ra
dium quæ si coniuncta fuerit mercurio morientur
iuuenes & sapientes. Si cum luna morietur ppłus.
Si cum saturno erit mortalitas grauior. Si cũ mar/
te erit mortalitas per gladium. Si auté cũ ioue fue/
rit quicq̃ ipsa significabit i regib⁹ & diuitib⁹ ap/
parebit hæc haly ibidem. Et dicit haly sup cap. 9. 2.
quadripartiti ptolemei q licet signalium predi/
ctorum uel stellæ comatæ uel partica uel imperfect⁹
equus & similia accidentia multa facit: sicut sũt plu
uie quæ si multa fuerit nocet animalibus & plantis
& facit fames & mortalitates: sed si fuerit tempera
te proficiunt plantis & animalibus & causant sa/
lutem & firmamentum in animalibus hic haly ibi/
dem. Et dicit albu. 5. de coniũctionib⁹ magis diffe
rétia ultima. Si apparuerit aliq̃ stella comata í arie
te significat dolores oculorum & morté boum &
destructionem magnatum. Et si apparuerit come/
ta in tauro significat in hominibus mortalitates &
dolores siccos: ut scabiem & pruritum & morté
